attonitusque malis exsul mentisque domusque
vultibus Eumenidum matrisque agitabitur umbris,
donec eum coniunx fatale poposcerit aurum,
cognatumque latus Phegeius hauserit ensis.
tum demum magno petet hos Acheloia supplex
ab Iove Callirhoe natis infantibus annos;
neve necem sinat esse diu victoris inultam,

---

402 posthac ς *Hs vulgo olim*, post haec ς **403** (N *er corr m 2*, I *fort fuit, cf XII 588*)am ***N*** ‖ tebe ϰ **404** mouen(t *ex* s) ***M*** ‖ Capaneusque — vinci] *sic* (que *om* ***h***) ϰ ***F h*** ς, capaneus(que nisi ab ioue uinci *i r m 2*) ***M***, capaneusque quini i. u. ***N***, capaneus . qui ni ab i. u. ***e***, capaneus qui ni a i. u. ***l*** ‖ ab ioue ***m e*** ς ω *vulgo* **405** poter(i *ex* un *m 2*)t ***M*** ‖ fientque pares ***p*** ς *VA vulgo*, flebantque pares ***M R*** *Bothe*, //flent atque ***N***, deflentque p. ***F*** ς* ϰ ***g*** ‖ uulnera ς *A* ‖ *καὶ ἀδελφοὶ δύο γενήσονται καὶ ταῖς πληγαῖς ἀδελφοί Plan*, ibuntque pares in vulnera *Hs* **406** diductaque *vel* seductaque *Hs* ‖ subductaque sitos *Merkel*[2] ‖ uidebi(t *ex corr m 2*) ***F*** **407** Viuuus ***e***, /ultusque (u *eras*) ***M*** **411** Donec (eum *i r m 2*)— poposcerat ***F*** ‖ fatale *i r* ***N m*** ‖ fatali poscerat auro ϰ ‖ poposcit (*corr m 3*) ***h*** ‖ aur(um *i r m 2*) ***N*** **412** pheieius auserit hensis ***M*** ‖ flegeius ***F***, phegeus ϰ, phlegeius ***e g*** ς, flegereius ***h*** **413** pet(e *ex* i *m 2*)t ***M***, pet(i *ex* a *m 2*)t ***N***, petit ϰ ***h l g*** ‖ hos ***M F*** ς *Merkel*, *om* ***N***, hoc ϰ ***l*** ς ω *vulgo olim*, haec ***h e*** **414** A ioue ***N p*** ‖ calliroe ϰ ***M l***, calliore ***m h***, *item in L* ***M*** **414***sq* (*cf NJhbb 1887, 141 sq*) *distinxi*, annos, neve — inultam . Iuppiter *vulgo* **415** *om c Vatic, del Hs* ‖ Neue necem s. esse diu uictoris inultam ***M*** ς *Merkel*[1], N. n. s. e. diu ultoris ς *R*, Neue (*i r m 2*) //ṇẹụẹ necem sinat esse $^{\text{diu}^2}$ ultoris inultam ***F***, Neu genitorque necem s. esse parentis inultam ***N***, Addat neue necem s. esse uictoris inultam ϰ, Addat. neue necem s. esse ultoris inultam (sui *in fine versus add* ***h***) ς* ***g*** ς *Plan VA Jahn vulgo olim*, Neue n. sinat esse sui ultoris (*vel* genitoris) ς ‖ petet hoc— Callirhoe, natis infantibus annos Addat, neve n. s. esse ultoris inultam . Iuppiter *sq vulgo ante Merkelium*, diu cultoris inultam . Iuppiter his, motus, privignae *Merkel*[2], Neve n. s. esse diu deus ultor inultam . Iuppiter *sq Korn*, Neve n. s. e. diu ultoris i. (*'hiatus tolerabilis in arsi'*) *Adv cr II 87 Madvig*, Neue n. s. e.

Iuppiter his motus privignae dona nurusque
praecipiet facietque viros inpubibus annis.'
Haec ubi faticano venturi praescia dixit *Byblis.*
ore Themis, vario superi sermone fremebant
et cur non aliis eadem dare dona liceret,
murmur erat: queritur veteres Pallantias annos
coniugis esse sui, queritur canescere mitis
Iasiona Ceres, repetitum Mulciber aevum
poscit Ericthonio; Venerem quoque cura futuri
tangit et Anchisae renovare paciscitur annos;
cui studeat, deus omnis habet, crescitque favore
turbida seditio, donec sua Iuppiter ora
solvit et 'o nostri siqua est reverentia', dixit
'quo ruitis? tantumne aliquis sibi posse videtur,
fata quoque ut superet? fatis Iolaus in annos,
quos egit, rediit, fatis iuvenescere debent
Callirhoe geniti, non ambitione nec armis.
vos etiam, quoque hoc animo meliore feratis,
me quoque fata regunt. quae si mutare valerem,

---

diu pius ultor inultam *Opp ph I 656 Bergk*, neve necem s. esse sui cultoris inultam *HAKoch*, neve n. s. esse deum cultoris *Postgate* ‖ *sed verum est* victoris, *siquidem victor recte Alcmaeon dicitur, ut qui voti compos* (*cf II 437 IV 510 VII 836*) *patrem ultus sit* **416** auctūs (*praef p XXIX, sed cf p XLVI*) *Merkel*^{2} ‖ priuingnę$^{ł\ dona}$ ***M*** ‖ uota ***N*** **417** P$^{r^2}$e/cipit ***M***, Per *ex* Prae *m 2*)cipiet ***N*** ‖ effecitque annos (*corr m 3*) ***F*** **418** uaticano ***l***, uaticino *vel* fatidico ς ‖ presscia ***N***, praescia *i r* ***e***^{2} **419** (t *i r m 2*)emis ***M*** ‖ vano *VA* ‖ tremebant ς **420** eadem dona dare ***h***, eadem donare ς **421** queritur (pallancias ueteres annos *ex corr m 2*) ***h*** ‖ pallentias (*corr m 2*) ***M*** **422** *i mg add* ***h***^{2} ‖ mitem ***M*** ς *Plan* **423** Iasiona ceres *ccBerol et Rhenov* ς *A Regius vulgo*, Iasyona ceres ***e***, Iasona ceres ***F h g l*** *R*, Iasonia ceres ϰ, Iasiona flaua ceres *V*, Iasona flaua ceres ς, Iasonaque ceres ς, Iason. a/ceres ***N***, Aesona flaua ceres ***M*** ς ‖ *νεμεσᾶ δ' ἡ ξανθὴ Δήμητρα πολιωθέντος τοῦ ἐπιεικοῦς Αἴσονος Plan* ‖ mulcifer ***F l g h*** **424** ericthonio ***O*** ϰ, erictonio ***F h l g*** ς, erichthonio ς *Plan vulgo* ‖ ueterem (uenerem *sscr m 2*) ***F*** **425** an(chi *i r m 2*)isę ***N*** ‖ renouar(i *ex* e *m 2*) pascitur$^{ci^2}$ ***M*** **426** Cui faueat *Mscr Diez BSant 148*^{e}, Cui studeant *cLeid Hs* **427** Tur(b *ex* v *m 2*)ida ***N*** **429** tantumne sibi quis posse *cMoreti Hs vulgo olim* **431** Quos egitque redit ϰ ‖ redi/it (g *eras*) ***M***, redit/$^{i^2}$ ***N*** ‖ reuirescere *ccHamb et Med Hs* **432** Calliroe ***M h l*** ‖ non armis ***N*** **433** *'versus spurius' (cf Mscr BSant 148*^{e}*) Gronov* ‖ quoque ut hoc ϰ ***M e*** ς, quoque ut haec ***F l***, utque hoc ς ‖ quoque (ut *inseruit m 3*) animo ***h*** **434** tegunt (*corr*) ***F***, trahunt *cBersm*

nec nostrum seri curvarent Aeacon anni,
perpetuumque aevi florem Radamantus haberet
cum Minoe meo, qui propter amara senectae
pondera despicitur nec quo prius ordine regnat.'
Dicta Iovis movere deos, nec sustinet ullus,
cum videat fessos Radamanton et Aeacon annis
et Minoa, queri qui, dum fuit integer aevi,
terruerat magnas ipso quoque nomine gentis,
tunc erat invalidus Deionidenque iuventae
robore Miletum Phoeboque parente superbum
pertimuit credensque suis insurgere regnis
haud tamen est patriis arcere penatibus ausus.
Sponte fugis, Milete, tua celerique carina
Aegaeas metiris aquas et in Aside terra
moenia constituis positoris habentia nomen.
hic tibi, dum sequitur patriae curvamina ripae;
filia Maeandri totiens redeuntis eodem
cognita Cyanee praestantia corpora forma,
Byblida cum Cauno, prolem est enixa gemellam.

---

435 Non nostrum *cBersmanni* ‖ nostrum miseri ϰ 436 radamantus ϰ *F h l* ϛ, redamantus *M*, rvado/mantus *N*, rhadamanthus *e vulgo* 437 Cum mynece$^{o^2}$ (mynoe *i mg m 1*) *M* ‖ propter scua senecte *h*, propter multa *vel* dura sen. ϛ 438 omine *Hs* 439 nec se tenet ϛ 440 uideant ϛ *Hs vulgo olim* ‖ radamanton ϰ *F h l*, radamantum *M*, rhadamanton *N R*, rhadamanthon *e VA vulgo* ‖ et *i r n* ‖ annos ϛ 442 magn(a *ex* o)s *F* ‖ audito nomine ϛ ‖ gentis(e *sscr m 2*) *N*, gentes *cett vulgo* ‖ *post* gentis *punctum ponunt, quod correxi* 443 deionidenque ϛ *Plan A vulgo*, deyonidemque *e*, deionidēque *h*, deionideque *O F l RV*, deionidaeque *vel* deionideque ϛ ‖ iu(u *i r m 2*)entae *M*, iuuence ϰ 444 Miletu(m *ex* s *i r m 2*) — superbu(m *ex* s *i r m 2*) *M* 445 certusque suis *Faber* 446 Hau(d *ex* t *m 3*) *F* 447 tua m. fugis ϛ ‖ mil(e *ex* i)te *M* ‖ celerisque ϰ 448 Aegeas *VA* ‖ a(si *i r m 2*)de *e* 449 meonia *l* 450 Hic tibi *e*, Hic ubi (*corr n*) *N l* ł ubi^{2} 451 menandri ϰ ‖ pacien$^{to^2}$s *F* ‖ in orbem ϛ 452 *del Gronov* ‖ praestantia corpora forma] *sic fere optimi libri* ‖ cogn. c(ia *i r m 2*)ne/ praestanti/ (a *eras*) corpor(æ *ex* a *m 2*) *M*, cogn. creneis praestancia corpora ϰ, (cyane *i r m 2*) praestan(ti *i r m 2*) corpor(e *ex* a *m 2*) *N* ‖ cyane *e g* ϛ, prociane *p* ‖ praestanti corpore *X RA vulgo* ‖ forma *A* ‖ corpore^{et} forma (ł fama *sscr m 2*) *e*, corpore ni(y)mpha (*cf Aen I 71*) *m n* ϛ *VA et ex corr* h^2 *vulgo olim* ‖ *Κυανῆ κάλλους προέχουτος νύμφη Plan* 452*sq* Cognita C. prolem est enixa gemellam, Byblida cum Cauno, praestanti corpora forma *Möbius* 453 Biblida (*sic fere semper*) *M F l* ‖ gemell(a *ex* u)m *F*

Byblis in exemplo est, ut ament concessa puellae,
Byblis Apollinei correpta cupidine fratris:
non soror ut fratrem, nec qua debebat, amabat.
illa quidem primo nullos intellegit ignes
nec peccare putat, quod saepius oscula iungat,
quod sua fraterno circumdet bracchia collo,
mendacique diu pietatis fallitur umbra.
paulatim declinat amor, visuraque fratrem
culta venit nimiumque cupit formosa videri,
et siqua est illic formosior, invidet illi.
sed nondum manifesta sibi est nullumque sub illo
igne facit votum, verumtamen aestuat intus;
iam dominum appellat, iam nomina sanguinis odit:
Byblida iam mavolt, quam se vocet ille sororem.
spes tamen obscaenas animo demittere non est
ausa suo vigilans: placida resoluta quiete
saepe videt, quod amat; visa est quoque iungere fratri
corpus et erubuit, quamvis sopita iacebat.
somnus abit; silet illa diu repetitque quietis
ipsa suae speciem dubiaque ita mente profatur:
'Me miseram! tacitae quid vult sibi noctis imago?
quam nolim rata sit! cur haec ego somnia vidi?
ille quidem est oculis quamvis formosus iniquis
et placet, et possim, si non sit frater, amare,
et me dignus erat. verum nocet esse sororem. —
dummodo tale nihil vigilans committere temptem,
saepe licet simili redeat sub imagine somnus!

---

454 *i mg* (Bilis) h^2 ‖ in exemplum est *Misc Obss Novae X 213 Wopkens* **455***sq* fratris: non *distinx Ehwald, non intercidunt vulgo* ‖ neo$^{c^2}$ qua ***F*** ‖ qua/ ***N***, qu(a *ex* o *i r m 2*) ***M*** ‖ amabat ***M h l ς R Ehwald***, ama(bat *i r m 2*) ***N***, amauit ***F e ς vulgo***, amari ***ϰ*** **458** iungit ***F ς*** **459** circumdat ***ς*** **460** Mendaci/que (s *eras*) ***N*** **463** illic ***ϰ N h ς ω***, illi(c *add* F^2) ***F e***, ill(a *i r m 2*) ***M***, ipsa (*cf Pr S G 1887, 22*) *conieci* **465** ueruntamen ***F*** **467** mau(u *ex* o *m 2*)lt ***N***, mallet *ccDresd et Gronov*, mauult *cett vulgo* **468** demittere ***F n ς vulgo***, dimittere ***ϰ O ς**** **469** Au(s *i r m 2*)a/ ***N*** **470** iuṡsa ***F*** **471** iaceret ***h ς R*** **473** dibiaque (*corr*) ***M*** ‖ in mente ***ς***, ita uoce ***ς*** **474***sq* quamque ratam nolim *in Mscr Diez 1075 Hs* ‖ imago, quam nolim rata sit*? distinx Jahn* **475** nollem (nolim *i mg m 2*) rata (sit *s l m 2*) cur (haec *s l m 2*) ego ***M*** ‖ nolim rapta (ni *i r m 2*) cur ***N*** **476** est *s l* ***M*** **477** ut possim *coni Hs* ‖ et possi(m *ex* t *m 2*) si non si(t *i r ex* m *m 2*) ***M*** ‖ possum ***h ς*** *vulgo olim* ‖ et possit non sicut frater amare *R*, et possit si non sit f. amari *VA* **478** sorori *post Heinsium Bentley*

testis abest somno, nec obest imitata voluptas.
pro! Venus et tenera volucer cum matre Cupido,
gaudia quanta tuli! quam me manifesta libido
contigit! ut iacui totis resoluta medullis!
ut meminisse iuvat! quamvis brevis illa voluptas
noxque fuit praeceps et coeptis invida nostris.
o ego, si liceat mutato nomine iungi,
quam bene, Caune, tuo poteram nurus esse parenti!
quam bene, Caune, meo poteras gener esse parenti!
omnia, di facerent, essent communia nobis,
praeter avos: tu me vellem generosior esses!
nescio quam facies igitur, pulcherrime, matrem:
at mihi, quae male sum quos tu sortita parentes,
nil nisi frater eris! quod obest, id habebimus unum.
quid mihi significant ergo mea visa? — quod autem
somnia pondus habent? — an habent et somnia pondus?
di melius! — di nempe suas habuere sorores:
sic Saturnus Opem iunctam sibi sanguine duxit,
Oceanus Tethyn, Iunonem rector Olympi.

---

481 Testis adest ϰ *F* ‖ obest *ex coni* (*cf NJhbb 1893, 607*) *scripsi*, abest *A ω vulgo* ‖ imata (*corr m 2*) *N*, temerata *cMedic R* ‖ uoluntas *h* ς 482/485 *om N, i mg n* 482 Proh *e n* ς ‖ uenus et ueneris uol. cum matre ϰ ‖ et uol. tenera ς ‖ et niuea *cMoreti*, et Gnidia *Hs* 483 man. cupido *e cSenat* 484 tot(a *i r*, is *videtur fuisse*) *M*, tactis *cMedic* 485 Et (V *sscr M*) mem. *M p*, Quam mem. *mg ed Colon* ‖ quis(*corr m 3*)uis *n* 486 Noxque fugit *h* ς 487*sq*. iungi! Quam bene *distinx Jahn* 488/489 *i l n* 488 Caun(e *i r m 2*) *M* 489 *om M h, i mg* (*i r m*) h^2 ‖ Quam bene Caune meo p. gener *e m* ς *A*, Quam bene tu poteras (poteris ϰ) nostro gener ϰ *F* ς* *g n* ς *R*, Quam b. tu nostro poteras gen. ς ‖ meo[ł i²]—parenti[s²] *e* ‖ par(enti *abscisum*) *m* 490*sq* Omnia //// *N* ‖ di(i *add m 2*) *F*, dii *M h l* ‖ tu/(m *eras*) me *N* ‖ Somnia si facerent, essent c. nobis Omnia praeter avos, tu me generosior esses *Philol XXXIX 177 Köstlin* ‖ saltem facerent alienior esses *Faber*, tu me vellem furiosior esses *vel* vellem tu gente remotior esses *Anim cr p 114 Waddel*, tu me—esses *del Merkel* 493 At mihi ϰ ς *Gruterus*, Ạt mihi *M*, Ei mihi *h g* ς, Hei (*i r n, i mg m*) mihi *N l* ς, Et mihi *F* ς, Ah mihi *e* ‖ sum tecum sortita (*corr i mg m 2*) *N* 494 *'haec aut mendosa sunt aut adulterina, potest tamen reponi* id habebimus una' *Hs* ‖ abest *cRhenov* 495 quid autem *F l* ς, (quid au *i r m 2*)tem *N* 496 haec somnia ς, heu s. *frg Caesenas* 497 Dii melius dii *M l*, Dii melius di[ł iis²] *e* ‖ nam·que suas[i²] *l* 498 opem *N*, opī *F* Opin *R*, opim ς *VA*, *τὴν Ῥέαν Plan* ‖ duxit *N*, duxit *e*, iunxit[ł iunxit²] ς 499 tethyn ϰ *Plan RA vulgo*, tethin *N*, thetin *M F l* ς, thetī *h*, thetim *e*

sunt superis sua iura! quid ad caelestia ritus
exigere humanos diversaque foedera tempto?
aut nostro vetitus de corde fugabitur ardor,
aut hoc si nequeo, peream, precor, ante toroque
mortua conponar, positaeque det oscula frater. —
et tamen arbitrium quaerit res ista duorum.
finge placere mihi: scelus esse videbitur illi!
at non Aeolidae thalamos timuere sororum!
unde sed hos novi? cur haec exempla paravi?
quo feror? obscaenae procul hinc discedite flammae,
nec, nisi qua fas est germanae, frater ametur! —
si tamen ipse mei captus prior esset amore,
forsitan illius possem indulgere furori.
ergo ego, quae fueram non reiectura petentem,
ipsa petam! poterisne loqui? poterisne fateri?
coget amor: potero! vel, si pudor ora tenebit,
littera celatos arcana fatebitur ignis;
hoc placet, haec dubiam vicit sententia mentem.'
In latus erigitur cubitoque innixa sinistro
'viderit: insanos' inquit 'fateamur amores.
ei mihi! quo labor? quem mens mea concipit ignem?'
et meditata manu conponit verba trementi:
dextra tenet ferrum, vacuam tenet altera ceram.

---

500 Sint superis *Hs* ‖ ratus *(per ras corr)* ***M*** 503 sine queo (*sed* q eo *i r m 2)* ***N*** ‖ ante toroque ***O*** ς *R Hs vulgo*, ipsa t(h)oroque ***x F*** ς* ***g*** ς *Jahn* 504 positę det et ***e*** 505 At tamen ***h l g*** ς, sed tamen *Hs* 506 pla-c(e *ex* a)re ***F*** 507 non colide ***x*** ‖ tenuere ς, renuere (*cf Stat silv II 1, 222 Markland*) *Hs* ‖ At nonne Aeol. th. tenuere ***g*** *Burm* 510 qu(a *ex* o *m 2)* ***N*** ‖ germa(ne *i r m 2)* ***N***, germana ***F e l g*** ‖ fas est, germanae *distinx Bothe* 511 mei ***x N X***, meo ***M*** *R Merkel*, me(o *ex* i *m 2)* ***F*** ‖ prius *ccBerol et Zwicc* 512 dolori ***F*** 513 quem fueram ***e*** ς *Hs vulgo olim* ‖ non neglectura ***e*** ς ‖ fueram te non habitura precantem *cMenardi* 514 Ips(a *ex* e *m 2)* ***F*** ‖ pet(am *ex* o *m 2)* ***M*** ‖ *distinx Bentley*, petam? *vulgo* 515 Cogit ς ‖ teneb(i *ex* a *m 3*)t ***F*** 516 ignis ***F***, ignes *cett vulgo* 517 *hunc versum dedi (cf Hermes XXXIX 62) Byblidi, poetae dant vulgo* ‖ haec placet ς *Hs vulgo olim* ‖ uincit ς *R Hs* 518 cobitoque ***l*** 519 Sedit et (ł uiderit *sscr n)* ***N*** ς 520 Hei mihi ς *vulgo olim* ‖ labor (aut *virgula del m 2)* qu(em *i r m 2)* mens mea c. (ignem *add m 2)* ***N***, labor et quem m. c. ignem ***F*** ‖ igne(m *ex* s) ***l*** 521 ς 521 m(anu *i r m 2)* ***F*** 522 ferrom ***M*** ‖ tenet calamum *probante (in Mscr Diez 1069) Heinsio cLeid, cf her 11, 2*

incipit et dubitat, scribit damnatque tabellas
et notat et delet, mutat culpatque probatque
inque vicem sumptas ponit positasque resumit.
quid velit, ignorat; quidquid factura videtur,
displicet. in vultu est audacia mixta pudorque.
scripta ‘soror’ fuerat, visum est delere sororem
verbaque correctis incidere talia ceris:
‘Quam, nisi tu dederis, non est habitura salutem,
hanc tibi mittit amans: pudet, a! pudet edere nomen.
et si, quid cupiam, quaeris, sine nomine vellem
posset agi mea causa meo, nec cognita Byblis
ante forem, quam spes votorum certa fuisset.
esse quidem laesi poterat tibi pectoris index
et color et macies et vultus et umida saepe
lumina nec causa suspiria mota patenti
et crebri amplexus, et quae, si forte notasti,
oscula sentiri non esse sororia possent:
ipsa tamen, quamvis animo grave vulnus habebam,

---

524 et notat — probatque] *citat Mico in opere prosodiaco 152 (cf Traube FL aevi Car III 285 et supra ad I 219). additum est non* OVID *sed* PRISC, *apud quem versus non exstat,*

523*sq* mandatque tabellis *Hs* ‖ damnatque . tabellas et u. *distinx Burm* 524 *post 525 transp Bothe* 526*sq* quid velit, ignorat, quicquid factura: videtur (*i e placet*), displicet *Philol XXXIX 176 Köstlin* ‖ quicquid *F* ς *Jahn* 527 pudorque *M cMedic R*, pudor(i *i r m 2*) *N*, pudor *z*, pudori *m X vulgo* 529 correctis *N h* e^2 ς *vulgo*, correptis *e cett* ω ‖ inscribere ς 530 de(s *ex* r)eris *F* ‖ est *s l add m* 531 Hoc tibi — edere (nomen *aut om aut evanidum*) *z*, Han(c *i r m 2*) — pudet adte credere nomen *N* ‖ ha *M h* ς, ah *l* ς 532 cupia(m *i r m 2*) *N* ‖ $que_{,}^{2}$ ri^{s^2} (*i e* quereris *ex* queri *m 2*) *F* 533 Possit *z M* ‖ Posset — meo *i r n* ‖ causa me(o *i r m 2*) *F* ‖ P. (agi sua *i r ex corr*) causa agi (*sic*) meo *h* ‖ biblis *O F* 534 foret ς 535 poterit *M*, poterant ς 536 uvida *in Mscr Diez 1075 Hs* 537 causa(m *add m 2*) $\overset{t\ nota^2}{mota}$ *N* ‖ (n *ex* m *m* 2)ota *M*, nota *vel* longa ς ‖ p(a *ex* e *m 2*)tenti/ (s *eras*) *M*, petenti (*corr N*) *z N*, potenti *l*, latenti *cGronov probante in Mscr Diez 1072 Heinsio* 538 c(r *i r m 2*)ebri *M* ‖ si// (nt *fort eras*) forte *M F* 539 esse *ex* et *l* ‖ possunt (*corr n*) *O ccBerol et Senat* 540 animo — habebam] *sic h* ς *Hs vulgo*, animi — habebam *F e l g* ς *VA Jahn*, animo tum iam gr. u. habebam *cZwicc*, animum graue (*cetera evanida*) *z*, (ani/mi *i r m 2*, e *ante* mi *eras videtur*) gra(ue *i r m 2*) u. habeba $\overset{m^2}{//}$ *N* ‖ quamuis me iam gr. uulnus habebat *M cBonon R*, qu. animo — alebam *Burm*, qu. animum — habebat (*cf z et 290*) *malim*

quamvis intus erat furor igneus, omnia feci
(sunt mihi di testes), ut tandem sanior essem,
pugnavique diu violenta Cupidinis arma
effugere infelix et plus, quam ferre puellam
posse putes, ego dura tuli. superata fateri
cogor opemque tuam timidis exposcere votis.
tu servare potes, tu perdere solus amantem:
elige, utrum facias! non hoc inimica precatur,
sed quae, cum tibi sit iunctissima, iunctior esse
expetit et vinclo tecum propiore ligari.
iura senes norint et, quid liceatque nefasque
fasque sit, inquirant legumque examina servent:
conveniens Venus est annis temeraria nostris!
quid liceat, nescimus adhuc et cuncta licere
credimus et sequimur magnorum exempla deorum.
nec nos aut durus pater aut reverentia famae
aut timor inpediet: tantum sit causa timendi!
dulcia fraterno sub nomine furta tegemus.
est mihi libertas tecum secreta loquendi,
et damus amplexus et iungimus oscula coram:
quantum est, quod desit? miserere fatentis amoris
et non fassurae, nisi cogeret ultimus ardor,
neve merere meo subscribi causa sepulcro!'

548*sq* *Cledonius Ars* (*Keil V 38*): stultior plus significat quam stultissimus. Ovidius in nono metamorphoseos 'non hoc inimica pr., sed quaecumque tibi iunctissima — Expetit'.

551*sq* iura senes—examina servent] *citat Vinc Bellov Spec hist VI 117.*

541/544 *paene evanida* ϰ **541** *i l n* ‖ illud (intus *infra scr m 2*) ***M*** **542** Sint mihi ϛ ‖ dii ***M h***, di(i *add m 2*) ***N*** **548** non haec *vel* hoc non ϛ **549** quaecumque tibi iunct. *cGoth Cledonius* ‖ iuncior ***F*** **550** prop(i *i r m 2*)ore ***N***, propriore ***l*** **551** norunt ϛ ‖ quod lic. *cZwicc Vinc Bellov* **552** Fas sit ut inquirant—seru(e *ex* a *m 2*)nt ***N*** ‖ examina *i r* ***h***^{2} ‖ versent *Burm* **553** est rebus ***N***, annis *i mg n* ‖ annis uenus est *cMenardi* **555** sequitur ***l*** **557** impedient *ccGronov et Rhenov Hs vulgo olim* ‖ tantum sit ***A*** *ω*, tantum (sit *virg del*, absit *i mg m 3*) ***h***, tantum absit ***e*** ϛ *Hs vulgo olim*, tantum ad(s)sit ϛ ‖ nam quae sit *coni Hs*, tandem ut sit *Korn* ‖ tamen ut sit c. timendi, dulcia *olim post Bachium conieci* **558** tegamus ***e*** **559** secura loqu. *cLeid Burm* **560** osc. cara (*ef Glotta III 1911, 191sq* ***M***, osc. contra ϰ, *ἡδέα φιλήματα Plan* **561** amoris (*ut sit accus plur*) *scripsi*, amori/ (s *eras*) ***M***, amori ***F l***, amor(em *ex* i *m 2*) ϰ, amorem ***N h e g*** ϛ *Plan* *ω*, amores *Riese*^{2} **562** intimus ard. *cBas* **563** *del versum Hs* ‖ Ne mereare *cZwicc*

ł coram^2

Talia nequiquam perarantem plena reliquit
cera manum, summusque in margine versus adhaesit.
protinus inpressa signat sua crimina gemma,
quam tinxit lacrimis (linguam defecerat umor),
deque suis unum famulis pudibunda vocavit
et pavidum blandita ‘fer has, fidissime, nostro’ —
dixit, et adiecit longo post tempore ‘fratri!’
cum daret, elapsae manibus cecidere tabellae;
omine turbata est, misit tamen. apta minister
tempora nactus adit traditque latentia verba.
Attonitus subita iuvenis Maeandrius ira
proicit acceptas lecta sibi parte tabellas
vixque manus retinens trepidantis ab ore ministri
‘dum licet, o vetitae scelerate libïdinis auctor,
effuge!’ ait: ‘qui, si nostrum tua fata pudorem
non traherent secum, poenas mihi morte dedisses’.
ille fugit pavidus dominaeque ferocia Cauni
dicta refert. palles audita, Bybli, repulsa,
et pavet obsessum glaciali frigore corpus,
mens tamen ut rediit, pariter rediere furores,
linguaque vix tales icto dedit aere voces:
‘Et merito! quid enim temeraria vulneris huius
indicium feci? quid, quae celanda fuerunt,
tam cito commisi properatis verba tabellis?

---

564 nequicquam (*item h*) parantem *l ς* ‖ nequi/quam *M* ‖ properantem *ccGoth et Med* ‖ relinquit *ς* 565 manu *ϰ* ‖ summusque (ł summo *i mg m 2*) *M*, summoque (ł summus *sscr m 3*) *F*, summoque *ϰ e g l ς Jahn* 566 in‿pressa *h* ‖ carmina *ς* 567 lacrimis tinxit *F e* ‖ linguę (ł am *sscr n*) *N F l h ς* 568 eque suis (*cf Mscr Diez 1075*) *Hs* ‖ famulis unum *e*, imum fam. *cDresd* 569 Et paul(l)um *g ς Bothe* ‖ feras (h *sscr* h^2) *ϰ M h l g ς R*, fer as l^2 ‖ nostro *i r* F^2 570 post longo t. *ς* 572 Homine (*corr*) *M* 573 na/ctus (n *eras*) *N* ‖ fatentia (*coll 514sq*) *HAKoch* 575 sibi lecta *e*, lecta vix *Hs* 576 manum *e* ‖ trepidant(i *ex* e)s *M* 577 actor *ς* 578 qui *add s l ϰ* ‖ ł nisi[3] quisi *F*, quod si *N ς R Naugerius* ‖ fa/ta *M*, facta *R* 579 secum *h ς vulgo*, tecum (*corr m*) *cett ω* 580 que *add* h^2 581 pallens *ϰ*, palle/s (n *eras*) *M* ‖ biblis *ϰ* 582 Et *i r* (Ex *fuit*) *a m 2*, Ex *i mg a m 2 M* ‖ Expauet *cVatic* ‖ Et (*ex corr*, At *videtur fuisse*) pauet obs. (glatiali *i r m 2*) fr. *e* ‖ pectus *ϰ ς Hs vulgo olim* 583 partim (ł pariter *sscr m 2*) *e* 584 Vix l(ingua *i r*, q; *et ipsum i r add m 2*) t(a *ex* e *m 2*)les *M* ‖ secto (ł icto *sscr n*) *N ς* ‖ tunc tales *R* 586 quid(qu *ex* s)e celanda *M* 587 propetis[ra3] *F*

ante erat ambiguis animi sententia dictis
praetemptanda mihi. ne non sequeretur euntem,
parte aliqua veli, qualis foret aura, notare
debueram tutoque mari decurrere, quae nunc
non exploratis inplevi lintea ventis.
auferor in scopulos igitur subversaque toto
obruor oceano, neque habent mea vela recursus.
quid, quod et ominibus certis prohibebar amori
indulgere meo, tum cum mihi ferre iubenti
excidit et fecit spes nostras cera caducas?
nonne vel illa dies fuerat vel tota voluntas,
sed potius mutanda dies? deus ipse monebat
signaque certa dabat, si non male sana fuissem.
et tamen ipsa loqui nec me committere cerae
debueram praesensque meos aperire furores
(vidisset lacrimas, vultum vidisset amantis!),
plura loqui poteram, quam quae cepere tabellae,
invito potui circumdare bracchia collo
et, si reicerer, potui moritura videri
amplectique pedes adfusaque poscere vitam.
omnia fecissem, quorum si singula duram

---

588 uerbis ς, ceris *cMoreti* 589 Prete//da (tan^2) ***M***, praetemptata (cognoscenda propaganda *sscr m 3*) ***F*** ‖ ne (c^2) ***h*** ‖ sequerentur ***A*** ‖ eun(t *ex* d)em ***M*** 591 Dubueram t. mar(i *ex* e) ***M*** ‖ tutoque ϰ ***n*** ς *Plan A vulgo*, t(u *ex* o)toque ***h***, totoque (v *sscr* F^2) ***O F e l*** ς ***V*** 593 Auferor (*i mg* Nunc) ***M***, Nunc feror ς ‖ scopulis (*corr m 2*) ***N*** ‖ subuersaque ***O*** ς *Merkel*^{2}, submersaque ***X*** ω *vulgo olim* ‖ moto *Hs* 594 nec habent *cGoth VA* ‖ tela (v) ***F*** ‖ recursum (*corr* ***n***) ***N*** *cCantabr* 595 oïmibus (*expunxit m 2, ut videtur*) ***M*** ‖ quod ab ominibus ***p*** *cRhenov* 596 tunc ***N e*** *cGoth* ‖ iube(nt *ex corr m 2*)i ***F*** 597 nostras certe ϰ ‖ et nostras spes fecit ς 598 uel *prius add* ***h***^{2} ‖ fuerit ***e*** ‖ uoluntas ***n*** *ccZwicc et Goth A vulgo*, uolu(p *ex* n *m 2*)tas ***F***, uoluptas ***O*** *cett Plan* ω 599 ips(e *ex* a *i r m 2*) ***N*** 600 Certaque signa ς 601 Et tantum ***h*** ‖ loqui *i r* ***m*** ‖ non me ***p*** 602 praesensque—furores *i r* ***h***^{2} 603 *i mg* ***h***^{2} ‖ uultus ς *Hs vulgo olim* ‖ uultus vid. amantes *vel* vultum v. amantem *coni Hs* 604 quam nostrae cera tabellae ***N*** 605 b(rachia *i r m 2*) ***F*** 606 *post 607 transp Hs, sic vulgo olim* 606 reicior (er) ***M***, reiceret *cRegius Riese*^{1}, respuerer *cJunianus* ‖ morrtura ***l***, moritura ***e*** 608 durum (*corr* F^2) ***N F l***

flectere non poterant, potuissent omnia, mentem.
forsitan et missi sit quaedam culpa ministri:
non adiit apte nec legit idonea, credo,
tempora nec petiit horamque animumque vacantem.
haec nocuere mihi; neque enim est de tigride natus
nec rigidas silices solidumve in pectore ferrum
aut adamanta gerit nec lac bibit ille leaenae.
vincetur! repetendus erit, nec taedia coepti
ulla mei capiam, dum spiritus iste manebit.
nam primum, si facta mihi revocare liceret,
non coepisse fuit; coepta expugnare secundum est.
quippe nec ille potest, ut iam mea vota relinquam,
non tamen ausorum semper memor esse meorum,
et, quia desierim, leviter voluisse videbor
aut etiam temptasse illum insidiisque petisse;
vel certe non hoc, qui plurimus urget et urit
pectora nostra, deo, sed victa libidine credar.
denique iam nequeo nil commisisse nefandum,
et scripsi et petii: temerata est nostra voluntas;
ut nihil adiciam, non possum innoxia dici.
quod superest, multum est in vota, in crimina parvum.

---

609 non possent *F* ‖ poterant poterant tamen omnia ς 610 Forsita *N* ‖ misi (*corr m 3*) *F* 611 *sic* ϰ *M* ς *vulgo*, Non ad. caute ς, Apte non adiit (adiuit *F*) *cett* ‖ non legit ς *Hs vulgo olim* 612 vacantes *Hs* 613 neque enim est *A RV*, neque est *l* ‖ est *om* ς *A vulgo olim* ‖ detigride *e corr* (deturgide *m l*) *m* 614 *i l n* ‖ rigida silice ϰ ‖ rigidos *h e* ς *Jahn* ‖ solidum(u *e corr*)e *F* ‖ in corpore *p* 616 cepit (t cepti *sscr* $^{t\ fata^3}$ *F*) ϰ *F l* 617 me/i (r *fort eras*) *M* ‖ cupiam (*corr* F^3) *F l*, faciam ς 618 fa(ct *i r m 2*)a *M*, fata *l* ς 619 cœpisse foret ς ‖ ceptum *F* (*i r n*) *l e* ς, cœpto *Waddel* 621 semper *i r n* ‖ semper *contrarium est praecedenti* iam *'jetzt'* ‖ esse memor *h* ‖ meorum *i r m n* F^2 ‖ esse uidebor *l*, esse uideb/^{o}r ϰ 622 *om* ϰ *O F l, i mg post 618 m, post 623 g n, i mg superiore* F^2 ‖ $^{Aut\ si^2}$Et quia *e* ‖ desieram (*corr per ras h*) F^2 *h* 623 *del Em XI 211 Schrader* ‖ tempta *i r m 2*)sse *N* ‖ que *om h* 624 q_2/ (*i e* qui *m 2*) *M* ‖ urget et urit ϰ *O* ς *VA Merkel*^{2}, urit (urget *i mg* l^2) et ussit *F* ς**g* ς *cDresd Hs*, ussit et urit ς *Jahn*, urit et urat *coni Hs* 625 d(eo si *i r m 2*) uicta *N* ‖ $^{eo^2}$d ϰ, deus *R* ‖ credar *i r m n* 626 *om O* ϰ, *i mg m* ϰ^2, *i l n* ‖ commississe *h*, admisisse *cVoss Bothe* ‖ nefandi *cSpir Hs* 627 temerataque nostra *vel* temeraria nostra ς ‖ uoluntas ϰ *N e* ς ω *vulgo*, uolu(p *ex* n)tas *M*, uolnptas *F h l* e^2 *g* ς 629 (in uoto in crimina *i r m 2*) paruum (est *om*) *N* ‖ in uoto—in crimine *cGoth* ‖ multum est, tamen est in cr. *cMenardi*

Dixit, et (incertae tanta est discordia mentis!)
cum pigeat temptasse, libet temptare: modumque
exit et infelix committit saepe repelli.
mox ubi finis abest, patriam fugit ille nefasque
inque peregrina ponit nova moenia terra.
Tum vero maestam tota Miletida mente
defecisse ferunt, tum vero a pectore vestem
diripuit planxitque suos furibunda lacertos.
iamque palam est demens inconcessamque fatetur
spem Veneris, siquidem patriam invisosque penates
deserit et profugi sequitur vestigia fratris,
utque tuo motae, proles Semeleia, thyrso
Ismariae celebrant repetita triennia bacchae,
Byblida non aliter latos ululasse per agros
Bubasides videre nurus. quibus illa relictis
Caras et armiferos Lelegas Lyciamque pererrat.
iam Cragon et Limyren Xanthique reliquerat undas,
quoque Chimaera iugo mediis in partibus ignem,
pectus et ora leae, caudam serpentis habebat;
deficiunt silvae, cum tu lassata sequendo
concidis et dura positis tellure capillis,

---

630 *i mg* ***N*** ‖ incestae ς *Bothe* ‖ menti *Hs* **633** adest ***F*** **635** maestam cum tota byblida mente ***N*** ‖ meletida ***F*** **636** ferunt tenero de p. ***N*** ‖ tunc ***e*** **637** Deripuit ς *cRhenov Hs*, Dirupit ς ‖ suis—lacertis *Riese*² **638** inconcessaeque *Hs* **639** siquidem *revocavi* (*cf NJhbb 1894, 201*) *post Naugerium ex* ***O*** ϰ ‖ si quidem ***M***, si(ne qua *i r m 2*) ***N***, // q (*i e* qua) ϰ, pro qua *ccMedic et e coni Bentley*, sine qua ***X*** ω *vulgo* ‖ patriamque ***h*** ‖ Veneris, linquit patriam *Schepperus*, Ven., in qua patriam *Sprengel* **642** Izmariae (celebrant *i r m 2*) ***N*** ‖ triaterica *vel* triatica *vel* triterica ς ‖ bache ϰ ***l*** **643** biblia (d *sscr m 2*) ***M*** **645** Carras ϰ, Charras ***e***, Cara(s *i r m 2*) ***F*** ‖ armiferas ***e*** ‖ luciamque ***F*** **646** Cragon ς *Plan A vulgo*, grachon ϰ ***O h l R***, gracon ***F e*** ‖ Limyren *ex Plan* (*cf Philol X 231 Stiehle*) *recepit Jahn*, lymiren ϰ *A vulgo olim*, limiren ***l***, limirē ***F***, lumyren ***e***, limenen ***h***, limirē ***M***, limeren ***N***, limirem *R*, lymitem *V*, Limyrum *Glareanus* ‖ xantique ς ‖ undam ***N*** **647** *i mg* ***N*** ‖ iugum (*corr n*) ***N*** *ccBerol et Senat VA* ‖ partibus ircum ***p***, part. hircum ς, partibus ingens *Naugerius*, partibus ipsa *Sprengel*, p. ipsam (*coll XII 346*) *Bentley* **648** habe(bit *i r m 2*) ***F*** **649** difficiunt s. (cum *ex corr m 2*, tu *fuit*) tu ***F***, Defficiunt s. tum tu ***l*** ‖ Desistunt *cBersm*, Destituunt *inde Bersmannus* **650***sq* Procidis *cOxon Hs vulgo olim* ‖ procidis et dura p. t. lapillis, Bybli, iaces *vel*

Bybli, iaces frondesque tuo premis ore caducas . . .
saepe etiam nymphae teneris Lelegeides ulnis
tollere conantur, saepe, ut moderetur amori,
praecipiunt surdaeque adhibent solacia menti:
muta iacet viridesque suis tenet unguibus herbas
Byblis, et umectat lacrimarum gramina rivus.
naidas his venam, quae numquam arescere posset,
supposuisse ferunt: quid enim dare maius habebant?
protinus, ut secto piceae de cortice guttae,
utve tenax gravida manat tellure bitumen,
utve sub adventu spirantis lene favoni
sole remollescit, quae frigore constitit, unda:
sic lacrimis consumpta suis Phoebeia Byblis
vertitur in fontem, qui nunc quoque vallibus illis
nomen habet dominae nigraque sub ilice manat.

Iphis. Fama novi centum Cretaeas forsitan urbes
inplesset monstri, si non miracula nuper
Iphide mutata Crete propiora tulisset.

---

661 *Gloss Osberni (Mai class auct VIII) 224*: 'Utque sub adventu—favoni'.

procidis et positis dura t. papillis, Bybli, taces *ad Lucr V 985 Wakefield* ‖ dura passis *Fuß* ‖ mamillis *Lindemann*, 651 Bibli ***M*** ‖ taces ***F*** ϛ *Hs vulgo olim* ‖ bibliaces (*corr m 3*) ***z*** ‖ *post 652 aut lacuna statuenda aut in v 652* saepe illam *ex* ***X*** *recipiendum videtur* 652 Saepe etiam ***O z*** ϛ ***R*** *Hs vulgo*, S(a)epe illam ***X*** *VA Jahn* ‖ inteneris leleides ***M***, in ten. lele/eides (g *eras*) ***N***, in tener(i *ex* a *m 3*)s leleides ***F***, in t. lelegides (ala *l*, in t. lelegyedes ***e***, in t. lelegides ***h*** 653 moderetur (*cf IV 234 258 am II 17, 3*) *scripsi post Heinsium cum* ϛ, m(o *ex* e)deretur ***h***, *τὸν ἔρωτα πραΰνειν Plan*, mederetur ***F e l*** ϛ, medantur ***N***, medea/tur ***z***, medeantur ***R***, medeatur ***M n*** ϛ *VA Merkel*² *vulgo* ‖ amori/ (s *eras*) ***N*** 654 *sq* Precipiunt/ (surdaeque—uirides *i l m 2*)que suis ***N*** ‖ surd. dabant *cGronov* ‖ Muta tacet *ccBonon et Med R* ‖ uiridisque ***z*** ‖ su(i *ex* a *m 3*)s ***F*** ‖ suis terit ϛ *Hs vulgo olim* 656 Biblis ***M z*** ‖ humecta(t *i r m 2*) ***N*** ‖ riuus ***M z R Ehwald*, riu(o *ex* i *i r m 2*) ***N***, riu(us *partim eras*) ***z***, riu(us *ex* o *m 3*) ***F***, riuis ϛ, riuo *cett vulgo* 657 Naidas ϛ *vulgo*, Naides ***z M l g*** ϛ, Naydes ***N***, Naiades ***F h R***, Nayades ***e***, Naiadas *VA*, *τὰς Νύμφας Plan* ‖ (a *ex* e)rescere ***M*** ‖ poss(et *i r m 2*) ***N*** 659 pycee secto ***e*** 660 Utque *ccDresd et Goth Bothe* 661 Utque ***N z*** ϛ* ***g*** ϛ ‖ aduentum ***N*** ϛ *Hs vulgo olim* ‖ (len *i r m 2*)e ***F*** ‖ fauoni(i *add m 2*) ***M***, fauonii ***h*** ϛ 662 Solere molescit (*corr m 2*) q̃ (*inseruit m 2*) frigore ***M*** 663 phebeida ***N F h l***, pho(ebei *i r m 2*)a ***M*** ‖ biblis ***O F h l*** 664 frontem ***h*** ‖ uallibus imis ϛ, finibus illis ϛ 665 sub *i r m* ł nuper² 667 mir. monstri ***e*** 668 Yphide ***M***, Hiphide ***h*** ‖ mutata ***X*** *ω vulgo*, mutato ***M z*** ϛ *Korn*, mutat(a *ex* ẽ o *m 2*) ***N*** ‖ propriora ***z l***, prop(i *i r m 2*)ora ***N***

Proxima Gnosiaco nam quondam Phaestia regno
progenuit tellus ignotum nomine Ligdum,
ingenua de plebe virum, nec census in illo
nobilitate sua maior, sed vita fidesque
inculpata fuit; gravidae qui coniugis aures
vocibus his monuit, cum iam prope partus adesset:
'quae voveam, duo sunt; minimo ut relevere dolore,
utque marem parias; onerosior altera sors est,
et vires fortuna negat. quod abominor, ergo
edita forte tuo fuerit si femina partu,
(invitus mando: pietas, ignosce!) necetur!'
Dixerat, et lacrimis voltus lavere profusis,
tam qui mandabat, quam cui mandata dabantur.
sed tamen usque suum vanis Telethusa maritum
sollicitat precibus, ne spem sibi ponat in arto.
certa sua est Ligdo sententia; iamque ferendo
vix erat illa gravem maturo pondere ventrem,
cum medio noctis spatio sub imagine somni
Inachis ante torum pompa comitata sacrorum
aut stetit aut visa est: inerant lunaria fronti
cornua cum spicis nitido flaventibus auro
et regale decus; cum qua latrator Anubis
sanctaque Bubastis variusque coloribus Apis,

---

669 quendam *Housman* **670** ignoto ς *Hs vulgo olim*, signatum *frg Boxh et cSenat* ‖ l/igdum (i *ex* u *per ras*) ϰ, *Λύκτον* (*item 684*) *Plan*, Lyctum (*item 684*) *A*, ligdon *cGoth* **671** census inis /! ϰ **672** se(d *ex* u) ***M*** ‖ (uit *i r m 2*)a ***O*** **674** Vocibus emonuit ***F*** ‖ mouit ς *Hs vulgo olim* **675** uoueo ***e*** ‖ nimio ut ***M*** ‖ *R* (re *a m 2*)leuere ϰ ‖ labore ***e*** ς *Hs vulgo olim* **676** honerosior ***M*** **677** natura ***l*** ς ‖ abominor esse ***l*** ‖ qu(o *ex corr m 2*)d ***N*** ‖ ego$^{r^2}$ ***M*** **679** ignosce$^{indulge^2}$ ***M*** **680** uol/tus$^{u^2}$ ***N***, uultum ***M X*** ω *vulgo* ‖ profusụs ***F***, profusis (ł profusi *i mg m 2*) ***M*** **681** *del Gronov* ‖ mandauit ***N*** ‖ dabatur ϰ **682** variis *Bothe* ‖ thelethusa (*item 696*) ***M***, telathusa ***N***, theletusa ***h*** **683** sib(i *ex* o *m 2*) ***M*** ‖ inhertem$^{ł\ in\ arto^2}$ ***N***, in ar/to ***l***, in arcto ς *vulgo olim* **684** Cert(a *ex* e *m 2*) ***M*** ‖ suo est ***O*** *cVratisl* ‖ quęque$^{ł\ iamque^2}$ ***N*** ‖ ferend(o *ex* a *m 2*) ***F***, ferenda ***l*** **685** Uix erat *cGoth et e coni Hs*, Ui(d *ex* x *m 2*)erat ***F***, Vi/xerat (n *eras*) ***M***, Uixerat ϰ ς, D/u/xerat (D *i r m 2*) ***N***, Duxerat ς, Uexerat ***h e g*** ς ω, Uiderat ***l***, Fessa erat *Capoferreus* **686** spatio *om* (*i mg add*) ***N*** **687** com. suorum ς *Hs vulgo olim*, com. suarum ς, com. sororum ς, com. sonora *Burm* **690** Anuber *R* **691** bubastis *i r* ***h***^{2} ‖ uariisque ***l g*** ς

quique premit vocem digitoque silentia suadet,
sistraque erant numquamque satis quaesitus Osiris
plenaque somniferis serpens peregrina venenis.
tum velut excussam somno et manifesta videntem
sic adfata dea est: 'pars o Telethusa mearum,
pone graves curas mandataque falle mariti,
nec dubita, cum te partu Lucina levarit,
tollere quidquid erit! dea sum auxiliaris opemque
exorata fero, nec te coluisse quereris
ingratum numen'. monuit thalamoque recessit.
Laeta toro surgit purasque ad sidera supplex
Cressa manus tollens, rata sint sua visa, precatur.
ut dolor increvit seque ipsum pondus in auras
expulit et nata est ignaro femina patre,
iussit ali mater puerum mentita; fidemque
res habuit, neque erat ficti nisi conscia nutrix.
vota pater solvit nomenque inponit avitum:
Iphis avus fuerat. gavisa est nomine mater,
quod commune foret nec quemquam falleret illo.
inde incepta pia mendacia fraude latebant:
cultus erat pueri, facies, quam sive puellae,
sive dares puero, fuerat formosus uterque.

---

693 *Lact Div Inst I 21, 20 Brandt*: ideo Lucanus (*sic*) 'numquamque satis quaesitus Osiris'.

711 *Ambros de Joseph 11 62 (II p 112, 6 Schenkl), Hegesippus de bello Jud V 15*: pia fraude.

---

693 692 *F* 692 quique premit vocem] *ὅ τε πιέζων τὴν φωνὴν Ἐφιάλτης βαρυχρᾶς Plan* ‖ *fuit enim Ephialtes incubo quidam, a quo homines dormientes vexari putabantur, cf Roscher Myth Lex I 1281* 693 numquam satis *l* 694 somniferi s. p. ueneni *ccJun et Rhenov Hs vulgo olim* 695 Cum uelut *ccBerol et Rhenov Hs vulgo olim*, Tunc uelut *p* 696 effata *R* 698 Ne dubites *g* ς, Nec dubites *M* ς *Merkel*, Nec dubito *z*, Ne dubita ς 699 quicquid *F z* 700 nec — queraris *F z g ccArgent et Medic* 702 puras(que *om*) *N*, durasque ς 703 Cre(ss *i r m 2*)a *N* ‖ tendens ς ‖ sua *i mg* h^2 705 filia ς ‖ patre *M l* ς, patri *z N F e h* ς *Hs vulgo olim* 706 puerum mater *e cZwicc Merkel* 707 ficti (ł fac *sscr m*) *O* ς, facti *z F* ς *Plan vulgo olim*, facta *l*, facto *cGenev probante ad Lucr III 1031 Wakefield*, furti *Hs* 710 ne quemquam *M F cBersm Merkel* 711 *del Capoferreus* ‖ inde incepta *Zingerle*, Indecepta *A V*, Inde cepta *l*, Indeprensa ς *R*, Imperfecta *cGronovii*, Impercepta ς *A vulgo olim*, inde adoperta *Korn* ‖ Indec. diu *g* 712 V/ultus (V *i r m 2*, ł C *sscr m 2*) *M* ‖ pueri *s l add* h^2 ‖ pueri (hic *virgula del m 2*) *N* ‖ faciesque *z* ‖ facies qua *Bach* 713 fuerat *N Merkel*, fu *ex corr*, i *ex* u *m 2*)er(e *ex* a *m 2*)t *M*, fieret *z X ω vulgo olim* ‖ famosus *F*

Tertius interea decimo successerat annus,
cum pater, Iphi, tibi flavam despondet Ianthen,
inter Phaestiadas quae laudatissima formae
dote fuit virgo, Dictaeo nata Teleste.
par aetas, par forma fuit, primasque magistris
accepere artes, elementa aetatis, ab isdem.
hinc amor ambarum tetigit rude pectus et aequum
vulnus utrique dedit, sed erat fiducia dispar:
coniugium pactaeque exspectat tempora taedae
quemque virum putat esse, virum fore credit Ianthe;
Iphis amat, qua posse frui desperat, et auget
hoc ipsum flammas ardetque in virgine virgo,
vixque tenens lacrimas ‘quis me manet exitus’ inquit,
‘cognita quam nulli, quam prodigiosa novaeque
cura tenet Veneris? si di mihi parcere vellent,
parcere debuerant; si non, et perdere vellent,
naturale malum saltem et de more dedissent!

---

715 *Probus Catholica I 54 (Keil IV 30)*: thes productum Graecum inveni apud Ovidium, Ianthes huius Ianthes vel Ianthidis . this: et hoc tertiae est declinationis, this vel dis facit genetivo, Atthis Atthidis: sic Ovidius (*cf Test ad V 47* ‖ *Marii Plotii Sacerdotis Ars gr II 60 (Keil VII 481)*: thes graecum inveni, sed productum, apud Ovidium, Ianthes, Ianthis vel Ianthidis [‘*grammatici errori tribuendum est, quod genetivum* Ianthes *pro nominativo posuit*’ *Keil*].

---

714 successerat *F* ‖ anno ς *h* **715** iphi *h* ς *ω vulgo*, iphe *x O F l* ς, yphe$^{i^2}$ *e* ‖ despond(e *ex* i *m 2*)t *M F*, despondit *l* ‖ ianten *F h e*, hyante(m *ex* n) *e*, Hyanten *R* **716** phestiades *N F*, phetiad(as *ex* es) *h*, festiadas *M e l* ‖ form(e *i r*) *l*, form(ę *i r m 2*) *N*, forma *cRhenov* **717** Nate (*corr m 2*) fuit *F* ‖ teleste *M*, taleste *h*, Thyeste ς *R*, thelete ς, **718** *sic X VA*, aetas formaque fuit *O R* **719** alimenta *post* (*Misc crit VI 30*) *Klotzium Gierig* ‖ elementaque prima sub isdem *Faber* ‖ hisdem *l* **720** ambarum *N* ς *Hs vulgo*, amborum *M X ω* **721** utrique tulit *cGronov Hs vulgo olim*, utr. dabat *p* ς ‖ erit *R* **722** Coniugii *F* ς *Hs vulgo olim* ‖ ex(s)pectat *ccRhenov Vratisl Thuan Hs vulgo*, ex(s)pectant *A ω* **723** Quemque (*cf VII 611*) *A ω*, Quamque *cDresd, item ex uno suorum Hs vulgo* ‖ patat^{v}—ianthe*l* (n *eras*) *M* ‖ Quemque uirum$^{ł\ suum^2}$ *e* ‖ suum putat esse ς ‖ suum fore ς *ω Hs vulgo olim* ‖ fore *om l* **724** Yphis am. quaṣ posse *M*, q̄(¯*a m 2*) posse *F*, quo p. *e* ς, (quo *i r m 2*) p. *N* **726** tenet *VA* **728** dii *M*, di(i *add m 2*) *N* **728** parcere nollent *Adv cr II 87 Madvig* **729** *om* (*add i mg m 2*) *M*, *del Hs vulgo, defendi NJhbb 1894, 783 sq* ‖ Perdere debuerant *e* ς *VA vulgo olim* ‖ sin(ō *i r m 2*) *h* ‖ si non et (parcere *i r m 2*) uellent *N*, si non et parcere uellent *g*, si non me perdere uellent *Capoferreus* **730** Naturare (*corr m 2*) m. saltim *F* ‖ ma/lum (l *ex* n) *M* ‖ et *om g* ς

nec vaccam vaccae, neque equas amor urit equarum:
urit oves aries, sequitur sua femina cervum.
sic et aves coeunt, interque animalia cuncta
femina femineo correpta cupidine nulla est.
vellem nulla forem! ne non tamen omnia Crete
monstra ferat, taurum dilexit filia Solis,
femina nempe marem: meus est furiosior illo,
si verum profitemur, amor! tamen illa secuta est
spem Veneris, tamen illa dolis et imagine vaccae
passa bovem est, et erat, qui deciperetur adulter!
huc licet e toto sollertia confluat orbe,
ipse licet revolet ceratis Daedalus alis,
quid faciet? num me puerum de virgine doctis
artibus efficiet? num te mutabit, Ianthe?
quin animum firmas, teque ipsa reconligis, Iphi,
consiliique inopes et stultos excutis ignes?
quid sis nata, vide, nisi te quoque decipis ipsa,
et pete, quod fas est, et ama, quod femina debes!
spes est, quae capiat, spes est, quae pascit amorem:
hanc tibi res adimit. non te custodia caro
arcet ab amplexu nec cauti cura mariti,
non patris asperitas, non se negat ipsa roganti:

---

731 *sq* nec vaccam vaccae—cupidine nulla est] *citat Vinc Bellov Spec hist VI 117.*

732 *Dracont laud dei I 274*: sequitur sua bucula taurum.

---

731 Non uaccam *Vinc Bellov* ‖ nec equas ς *Vinc Bellov ω vulgo* **733** Sicque et *Vinc Bell* **734** corrupta ς *Vinc Bell* ‖ feminea c. libidine ς **735** ne non *l* ‖ certe *l*, certe *M*, crete *i r n* (ł crete²) **736** fer(a *ex* en *m 2*)t *M*, fer(at *i r m 2*) *N*, feram *l*, ferant ς (dicam) ‖ detexit (*corr m 2*) *M* **737** namque marem *e l* ‖ fu(r *ex* s)iosior *F*, furio(s *ex* r *m 2*)ior *M* **738** uerum fateamur *g* **739** dolis in im. *ccMed et Par* **740** bobem (*corr m 2*) *N* **741** aetoto *M*, et toto *ϰ*, ex toto *g cSenat* ‖ solercia *l* **743** non (*e corr m 2*, num *fuit*) me *h*, non me *p* ς ‖ doctus *l*, dictis ς **744** num me *F*, non te *e* ς ‖ mutauit (*corr m 2*) *N* **745** obfirmas *Hs* ‖ recolligis *ϰ F* **747** uide *O ϰ* ς *R*, uides *h*, uides *F g m* ς *VA* ‖ ipsa *recepi ex N*, ipsam *cett vulgo* **748** Id pete ς, i pete *Hs* ‖ debet *N h* ς **749** *sic* (*cf Hermes XXXIX 37*) *M ϰ X* ς, *del versum Hs* ‖ quae faciat (*coll I 469*) *probante Burm Faber* ‖ que // (e *et ipsum i r m 2*, q: *eras*) pascit *N* ‖ quae pascat amorem ς *VA vulgo* ‖ captat—pascit *Korn* ‖ capiat; spes est, quae pascat *distinx Riese*² ‖ amantem *N* ς **750** spes adimit *Hs* **751** cara (u²) *F* ‖ cura magistri ς *cMenardi, post Heinsium Bentley, vulgo olim* **752** nec se ς *VA* ‖ illa ς *R*

nec tamen est potienda tibi, nec, ut omnia fiant,
esse potes felix, ut dique hominesque laborent.
nunc quoque votorum nulla est pars vana meorum,
dique mihi faciles, quidquid valuere, dederunt;
quodque ego, vult genitor, vult ipsa socerque futurus,
at non vult natura, potentior omnibus istis,
quae mihi sola nocet. venit ecce optabile tempus,
luxque iugalis adest, et iam mea fiet Ianthe —
nec mihi continget: mediis sitiemus in undis!
pronuba quid Iuno, quid ad haec, Hymenaee, venitis
sacra, quibus qui ducat abest, ubi nubimus ambae?'
Pressit ab his vocem; nec lenius altera virgo
aestuat, utque celer venias, Hymenaee, precatur.
quod petit haec, Telethusa timens modo tempora differt,
nunc ficto languore moram trahit, omina saepe

---

753 Non tamen *l p* ς ‖ potienda (utenda *sscr m*) *A ω*, potiunda ς *Hs vulgo olim* ‖ omnia fallas *N* **754/797** *exstant in τ* **754** potest *τ* ‖ diique *M* ‖ et dique *Capoferreus* **754** *sq* Nunc *eras* ϰ ‖ nulla est pars uana *cRhenov Jahn vulgo*, pars nulla est uana *ccMicylli et ed Bas 1551*, nulla est pars una *A R*, pars ulla est una ς *V*, nulla est pars uera *vel* n. est spes una *vel* n. est spes tuta *vel* n. est spes ulla ς, pars una est uana (*i e 'Dii omnia dederunt; sed una pars, coitus sc, abest meis votis'*) *cRegii Burm*, pars nulla est una *A*, *τῶν ἐμῶν εὐχῶν μία μερίς τις οὐθέν ἐστιν Plan* ‖ *'legebam aliquando* uot. est pars irrita nulla . *nunc persuasum habeo hunc cum sequenti versu esse tollendos' Hs* ‖ felix . ut dique h. laborent (dique mihi faciles — potentior omnibus istis!), Nunc quoque v. nulla est pars una meorum, quae mihi sola uocet *versu 755 post 758 collocato Bothe* ‖ *fort librorum et ordine et lectione servatis scribendum est*: votorum nulla est pars una meorum *i e omnia mea vota sunt rata, una tantum pars eorum* (*concubitus sc*) *nulla* (*cf 735 XI 579*) *est'* **756** Diique *M* ‖ u(a *ex* o *m 2*)luere *M*, uoluere *h g* ς **757** **756** *h* **757** Quod uolo *h* ς ‖ vult genitor—futurus] *sic* ς *R vulgo*, uult g. uult ipsæ / soc. fut. *M*, (uult *i r m 2*)genitor uult/ (que *eras?*) ips(e *i r m 2*) *N*, uult genitor socer et uult ipse futurus ϰ *F e l g VA*, uult gen. socer uult ipse f. *h* ‖ quodque ego, quod genitor, vult ipsa socerque socrusque (*vel* socerque futurus) *Hs* **758** *om N*, *i mg add n* ‖ Natura (*maiusc littera*) *Hs* **760** ut iam mea fiat ς *Hs vulgo olim* ‖ fleuit (*corr m 2*) *N* ‖ yanthe *N*, /ianthe *F* **761** conting(e *ex* i *m 3*)t *F*, contingit *τ* **762** *et* **765** himeneæ *M* **763** *i l n*, *i mg iteravit* (*m 3*) *n* ‖ qui (nubit *i r m 3*) *n*, qui ducit *τ*, qui ducat *e* **764** nec secius *Hs* **765** atque *e*, atque *e coni Eranos VII Riesberg* **766** theletusa *F* ‖ Quid— differ *τ* **767** ficta *e* ‖ languore trahit se (s *eras*)om(in *ex* m)a *M*, moram *i mg m 2* ‖ langore *h l* ‖ omina *l*, omina *i mg* h^2, omnia *τ* ς *RV*, somnia ϰ

ł fiant² — ł nubit² — ł utque² — moram dat² — somnia

visaque causatur. sed iam consumpserat omnem
materiam ficti, dilataque tempora taedae
institerant, unusque dies restabat: at illa
crinalem capiti vittam nataeque sibique
detrahit et passis aram conplexa capillis
'Isi, Paraetonium Mareoticaque arva Pharonque
quae colis et septem digestum in cornua Nilum:
fer, precor', inquit 'opem nostroque medere timori!
te, dea, te quondam tuaque haec insignia vidi
cunctaque cognovi, sonitum comitesque facesque . . .
sistrorum memorique animo tua iussa notavi.
quod videt haec lucem, quod non ego punior, ecce
consilium munusque tuum est. miserere duarum

---

768 causator (*corr m 2*) ***N*** 769 ficti ***ϰ τ F h l ς***, tecti (*virgula del*, secreti *sscr m 2*, ficti *i mg m 1*) ***M***, ficti (*e corr m 2*, effecti *fuit*) ***N***, facti ***e ς***, tecti ***ς***, furti *Hs* ‖ que *om* ***h*** 770 restabaṇt ***M*** 771 capiti/ ***M h***, capitis *cGoth Riese*, capitis — sibique *vel* capiti — suoque *suasit Hs* 772 et sparsis ***p ς*** 773 parethonium ***τ F h g l***, pharethonium ***ϰ*** ‖ I$^{o^{2}si^{2}}$ // parethonium mareotidique ar(u *i r*)a faronque ***M***, Isis arethonium (n *ex* m)areothicaque a. faronque ***N*** ‖ pharōque ***h*** 774 degestum ***l***, diuisum *cMed* ‖ flumina *i mg add n* 777 *del Merkel*[2] ‖ *lacunam unius versus post 777 statuit Ehwald* ‖ visaque cognovi *Hs* ‖ sonitum comitesque facesque ***τ N e l ω*** *Ehwald*, sonitumque comitesque (f *ex* u)a(c *ex* t *m 2*)esque ***F***, sonitum comitesque facetas (comitantiaque$^{\text{antia era}^{2}}$ era *i mg m 3*) ***M***, sonitum comitantiaque aera ***ϰ h m n ς*** *Jahn*, cogn. comitesque facesque sonumque ***ς*** *Hs vulgo olim*, sonitum crepitantiaque aera ***g***, cogn. comites sonitumque facesque *cDresd Mscr Diez BSant 10*, cogn. comitesque sonumque tuorum Sistrorum *cod nondum signatus, quem in bibl Reg Berol vidi, καὶ τὸν τῶν κροτουμένων σίστρων χαλκὸν Plan* 778 Et sistrum ***e*** *ccSenat et Vratisl* ‖ tua uisa *cZwicc R* 779 *sic* ***O ς*** *Merkel* ‖ he/c lucem quod non ego p(un *i r m 2*)ior (hocque *i r m 2*) ***N*** ‖ ecce *i r* (*sed erasit id quoque et* ipsa *sscr m 3*) ***m*** ‖ quod non ego punior ecce *i r* ***h***^{3}, quod non ego punior ipsa ***ς*** *ω Hs vulgo olim*, q. nunc ego p. ipsa [*ut sit* ipsa *Ablativus*: '*nunc ipsā Ianthe puniri se ait, i e nunc sibi pro poena esse filiam, quae adhuc voluptati fuerit*'] *cCaelest Bothe, item* (*sed ut sit* ipsa *Nominativus*) *Gronovius* ‖ lucem (thalamo *virgula del m 2*) quod non ego (punior ecce *add m 2*, punior *i r*) ***F***, lucem thalamo quod non ego ponor ***τ l g***, lucem quod non ego ponor in igne (ignem ***e ϰ***^{2} ***ς***) ***ϰ***^{1} ***ς***, *ὅτι τε τὸ φῶς ἥδε βλέπει καὶ οὐκ ἀνεῖλον ταύτην ἐγώ, ὑμετέρα βουλή τε καὶ δῶρόν ἐστιν Plan*, lucem, quod non exponitur infans *Schepperus*, lucem thalamo quod non ego pellor *Adv cr II 88 Madvig* 780 *om* ***h***, *i mg add* ***h***^{2} ‖ Consilium munusque tuum est ***M ς*** *R Merkel*. Consilium monitusque tui miserere ***N***, Consilium ṇaṭique (*expunxit et* matris *sscr m 2*) tuum est ***ϰ***, Consilium (matris *virgula del et* munus *sscr m 2*) que tu(um *ex* e *m 2*) est ***F***, Cons. matrisque tuum est ***τ l g***, C. iussumque t. est ***e ς***, C. moni-$^{\text{ł tuum est}^{2}}$

auxilioque iuva!' lacrimae sunt verba secutae.
visa dea est movisse suas (et moverat) aras,
et templi tremuere fores, imitataque lunam
cornua fulserunt, crepuitque sonabile sistrum.
Non secura quidem, fausto tamen omine laeta
mater abit templo: sequitur comes Iphis euntem,
quam solita est, maiore gradu, nec candor in ore
permanet, et vires augentur, et acrior ipse est
vultus, et incomptis brevior mensura capillis,
plusque vigoris adest, habuit quam femina. nam quae
femina nuper eras, puer es. date munera templis
nec timida gaudete fide! dant munera templis,
addunt et titulum; titulus breve carmen habebat:
DONA · PVER · SOLVIT · QVAE · FEMINA · VOVERAT · IPHIS
Postera lux radiis latum patefecerat orbem,
cum Venus et Iuno sociusque Hymenaeus ad ignis
conveniunt, potiturque sua puer Iphis Ianthe.

---

795 *Ilias Lat 650*: ut nitidum Titan radiis patefecerat orbem ‖ *Cyprianus Gallus Heptateuchos Iesu Naue 149 Peiper*: septima iamque dies laetum patefecerat orbem.

---

tumque (munus *sscr* h^3) t. est h^2 ς *VA vulgo olim*, C. meritumque t. est *ccBerol et Langerm*, C. monitusque tui est ς, Consilii monitusque tui est *Hs* ‖ tuarum *p* ς 781 leua ς ‖ lacrimae sua (*coll ep Helenae 252*) *Hs* 782 mouisse/// (e *i r m 2*, etne *videtur erasum*) *M* 783 luna τ 784 solubile ϰ ‖ crepuit resonabile *N*, crepuitque sonatile *Hs* 785 homine *M*, ome (*corr*) *h* 786 sequitur puer iphis ς *R* 789 incultis ς 790 uig. habet habuit ς ‖ habit^{u} *M*, habuitque τ ‖ namq: τ *M h* ς, iam quae *Hs vulgo olim* 791 era(t *i r m 2*) *N* 792 *i mg* h^2 ‖ nec dubia *cMenardi Bothe* 793 Addunt et tilulum *i r N* 794 Uota (ŧ dona *sscr* e^2) *e* ς ‖ nouerat *ex* nouit *h* ‖ ẏphis *F* 795 laetum *Cyprianus*, totum *VA* 796 sociusque (*cf IV 759 XII 215 ex P I 2, 133*) *A* ω *Jahn*, sociosque *g* ς *Hs vulgo* ‖ himeneus *M* ‖ ignis *N*, ignes *n cett vulgo* 797 ″iphis ″puer *h* ‖ yphis yanthe *N* LIB̄ X *M*, Explicit nonus incipit bib decim. *N*, l' X *in spatio 6 linearum litteris minutissimis* F^2, INCIPIT LIBER DECIMVS *e*, EXPLICIT LIBER VIIII · INCIPIT X *h*, OVIDII LIB̄ VIIII EXPLICIT INCIP̄ X ϰ, EXPLICIT LIBER VIIII INCIPIT L X τ, *nullus titulus in h*

LIBER DECIMUS.

Orpheus et Eurydice.

Inde per inmensum croceo velatus amictu
aethera digreditur Ciconumque Hymenaeus ad oras
tendit et Orphea nequiquam voce vocatur.
adfuit ille quidem, sed nec sollemnia verba
nec laetos voltus nec felix attulit omen.
fax quoque, quam tenuit, lacrimoso stridula fumo
usque fuit nullosque invenit motibus ignes.
exitus auspicio gravior; nam nupta per herbas
dum nova naiadum turba comitata vagatur,
occidit in talum serpentis dente recepto.

Quam satis ad superas postquam Rodopeius auras
deflevit vates, ne non temptaret et umbras,
ad Styga Taenaria est ausus descendere porta
perque leves populos simulacraque functa sepulcro
Persephonen adiit inamoenaque regna tenentem
umbrarum dominum pulsisque ad carmina nervis
sic ait: 'o positi sub terra numina mundi,
in quem reccidimus, quidquid mortale creamur,

18 *CIL VI 26003 Anth Lat II 1495, 2*: 'In nihil ab nichilo quam cito recidimus'.

1/707 *exstant in* ϰ, 1/384 *exstant in* τ 1 Vnde per *Ben* 2 Aera ϛ *Hs vulgo olim* ‖ himeneus (ne) ad horas *F*, imineus ad horas *l* 3 orpheya *e*, orpheia *A* ‖ nequicquam *l* ‖ rogatur *ex corr*(uocatur *fuit*) *n*, rogatur *e* ϛ *Hs vulgo olim* 4 A(b *i r m 2*)fuit *N* ‖ sed non *l* 5 u(u *ex* o *m 2*)lt(us *i r m 2*) *N*, uultus *cett vulgo* 6*sq* stridola *l* ‖ lacrimosi str. fumi nube suis nullos i. *in Bibl Diez 1075 Hs* ‖ Utque fuit, nullos i. *probante Heinsio cc Leidens et Voss* 9 dum naidum (noua²) *M* ‖ (noua *i r m 2*) naiadum turbam *N* ‖ maenalidum ϛ ‖ comitante *F e* 10 Decidit ϛ *Burm* ‖ inlato ϰ ‖ tālo *i r m*, talo ϛ 11 rodopeius *M F*, rodopeus τ, rhodopeius *cett* ω *vulgo* ‖ aras ϛ 13 A(d *add m 2*) stiga *M* ‖ tenar(e (inferna²) *ex* i *m 3*)a *M*, tenarea *l*, taenari(a *add m 2*) *N*, tr̥enaria *h* 14/15 simula//q: (functa sepulchro (cra²) *supra ras m 2*) *M* ‖ functa—inamenaque *i l n* ‖ simula(ta *virgula del*, cra *sscr m 2*)que regna tenentem (functa sepulchra²) ϰ ‖ sepulc(h)ris ϛ *Hs vulgo olim* 15 *om M*, *i mg m* ‖ Persefonē adit *m* 17 posita *h* 18 In que *l* ‖ reccidimus *Riese*, decidimus *e* ϛ *VA*, recidimus *cett R vulgo olim* ‖ crea(t *i r m 2*)ur *N*, creatur ϛ

si licet et falsi positis ambagibus oris
vera loqui sinitis, non huc, ut opaca viderem
Tartara, descendi, nec uti villosa colubris
terna Medusaei vincirem guttura monstri:
causa viae est coniunx, in quam calcata venenum
vipera diffudit crescentesque abstulit annos.
posse pati volui nec me temptasse negabo:
vicit Amor. supera deus hic bene notus in ora est;
an sit et hic, dubito. sed et hic tamen auguror esse,
famaque si veteris non est mentita rapinae,
vos quoque iunxit Amor. per ego haec loca plena timoris,
per chaos hoc ingens vastique silentia regni,
Eurydices, oro, properata retexite fata!
omnia debemur vobis paulumque morati
serius aut citius sedem properamus ad unam.
tendimus huc omnes, haec est domus ultima, vosque
humani generis longissima regna tenetis.
haec quoque, cum iustos matura peregerit annos,
iuris erit vestri: pro munere poscimus usum.
quod si fata negant veniam pro coniuge, certum est
nolle redire mihi: leto gaudete duorum!'

---

24 *Carm epigr 1055, 7*: cum mors festinans crescentes ⟨abstulit annos⟩.
32*sq Lact Plac Comm in Stat Theb VIII 91*: Ouidius: 'Omnia debemus [*sic MPa,* debentur *LPb*] uobis—haec est domus ultima cunctis' ‖ *Vinc Bellov Spec hist VI 117*: 'Omnia debentur morti p. morari—properamus ad imam—Tendimus hac omnes h. est domus ultima'.

---

19 S/ilicet ***M h***, Scilicet ***F τ*** ς, si liquet *Hs* ‖ ambagi(bus *ex corr m 2*) ***F*** 20 Non hic (*corr m 2*) ***N***, non (huc *s l add* ϰ, *om* ***h***) ϰ ***h*** 21 desendi ***l*** ‖ ueluti (*corr* ***N***) ϰ ***O*** 22 Tetra *vel* Torua *vel* Trina ς ‖ uincerem ***τ*** 23*sq* est *om* ***e*** ς, *del Hs vulgo olim* ‖ Vippera ϰ ***g*** ‖ ueneno *cOxon* ‖ que *om* ς ‖ in quam calcata, veneno, vipera, diffuso crescentes abst. *Hs* 25 uolui/ (t *eras*) ***M***, uoluit *Ben*, vovi *Hs* ‖ negarim *in Bibl Diez 1075 idem* 26 Uincit ***e*** *cSenat* ‖ hora ***M*** 27 Sed (et *om*) hic ***M*** ‖ augu(ror *i r m 2*) ***N*** 28 ueterem—rapinam *c Vat Burm* 29 Vos q̄ q̨ (quae qui?) ***F*** ‖ iunxit ***F***, uicit *vel* uinxit ς ‖ amor *s l* ***m n*** ‖ per ego (per *i r*, hęc *eras*) loca ***N*** 30 sil. mundi *ccBonon et Moreti* 31 Eurydicis ϰ, Euricides ***τ l*** ‖ ret. fila ς *Hs* 32 debemur (*cf Hor ars poet 63 et ad V 343*) ***τ l*** *ccBersm Berol Medic Hs vulgo*, debemus ***M*** ϰ ***e n*** *Schol in Statium R*, debe(ntur *ex corr*) ***N***, debentur ***F h g*** ς *VA* ‖ pa/ulumque (t *eras*) ***M***, pau/lumque ***N*** ‖ morata *coni Hs* 33 proper(a *ex* e *m 2*)mus ***M*** ‖ ad imam ς *Vincent Bellov* 34 est hęc ***N*** ‖ uo(s *i r*)que ***M***, quosque *R* ‖ ultima cunctis *Schol in Stat* 36 natura ϰ 38 veniam *a verbo veniendi esse derivandum censet Glareanus* ‖ est *om VA* 39 gaudere (*corr m 2*) ***M***

Talia dicentem nervosque ad verba moventem
exsangues flebant animae; nec Tantalus undam
captavit refugam, stupuitque Ixionis orbis,
nec carpsere iecur volucres, urnisque vacarunt
Belides, inque tuo sedisti, Sisyphe, saxo.
tunc primum lacrimis victarum carmine fama est
Eumenidum maduisse genas, nec regia coniunx
sustinet oranti nec, qui regit ima, negare,
Eurydicenque vocant: umbras erat illa recentes
inter et incessit passu de vulnere tardo.
hanc simul et legem Rodopeius accipit Orpheus,
ne flectat retro sua lumina, donec Avernas
exierit valles; aut inrita dona futura.
Carpitur adclivis per muta silentia trames,
arduus, obscurus, caligine densus opaca.
nec procul afuerunt telluris margine summae:
hic, ne deficeret, metuens avidusque videndi
flexit amans oculos, et protinus illa relapsa est;
bracchiaque intendens prendique et prendere certans
nil nisi cedentis infelix arripit auras!
iamque iterum moriens non est de coniuge quicquam
questa suo (quid enim nisi se quereretur amatam?)

---

41 Examgues *M* ‖ non Tantalus *Bothe* 42 refluam *p* ‖ steteruntque Ixionis orbes *Bentley* 43 uolucres carpsere iecur *e* ‖ cerpsere *N* 45 Tum *z e Hs vulgo olim* ‖ uict(a *ex* o *m 2*)rum *F* ‖ carmin(e *ex* a *m 2*) *M* 46 Eumedum$^{ni^2}$ *M* 47 orantis *N* 48 Euridicēque *M h*, Erudicenque *N*, Euricidenque *l* 49 tardo de u. passu *p* 50 rodopeius *F l*, rodopeus *M*, rhodopeius *cett vulgo* ‖ a. Orpheus *A ω Merkel*^{2}, a. heros *ς vulgo olim* 53 Carpit *l* ‖ accliuis *M F z τ h l*, aclinis *e p*, a(c *ex* d *per ras*)cliuis *N*, accliuus *cZulichem Hs vulgo olim* ‖ scilencia *l* 54 absconsus *p 104 Bothe* 55 afuerunt *M Merkel*, abfuerunt *Hs vulgo olim*, afuerant *z*, a(b *i r m 2*)fuerant *N*, abfuerat *τ*, abfuerant *cett ω Jahn* 56 *i mg n* 57 repulsa est *ς*, revulsa est *Hs* 58 intentans *h* ‖ prendi/que et prend(ere *i r m 2*) *N* ‖ prehendere *h* ‖ certans *M ς R Korn*, tentans *cDresd*, captans *cett ς VA vulgo*, certus *Merkel*^{2} 58/59 *del NJhbb 1885, 889 Polle* 59 cedentis *F τ l*, cedentes *cett vulgo* ‖ accipit *h* ‖ umbras *p* 61 enim nisi se quereretur] *sic N e ς vulgo*, enim nisi se sequeretur *z τ l*, enim nisi si sequeretur (*corr*) *h*, enim (si sub *i r m 2*)sequeretur *M*, enim nisi (sub *ex corr*, se *fort fuit*)sequeretur *F* ‖ amantem (*corr m 2*) *F*, amatum *z*, amatam$^{t\ tum^2}$ *e* ‖ si subsequeretur amatam *i mg e*^{2} ‖ quid enim sese quereretur amatam? *Hs*

supremumque 'vale', quod iam vix auribus ille
acciperet, dixit revolutaque rursus eodem est.
Non aliter stupuit gemina nece coniugis Orpheus,
quam tria qui timidus medio portante catenas
colla canis vidit, quem non pavor ante reliquit,
quam natura prior saxo per corpus oborto;
quique in se crimen traxit voluitque videri
Olenos esse nocens, tuque, o confisa figurae,
infelix Lethaea, tuae, iunctissima quondam
pectora, nunc lapides, quos umida sustinet Ide.
Orantem frustraque iterum transire volentem
portitor arcuerat: septem tamen ille diebus
squalidus in ripa Cereris sine munere sedit;
cura dolorque animi lacrimaeque alimenta fuere.
esse deos Erebi crudeles questus in altam
se recipit Rodopen pulsumque aquilonibus Haemum.
Tertius aequoreis inclusum piscibus annum
finierat Titan, omnemque refugerat Orpheus
femineam Venerem, seu quod male cesserat illi,
sive fidem dederat; multas tamen ardor habebat
iungere se vati, multae doluere repulsae.
ille etiam Thracum populis fuit auctor amorem

---

68 *sq Conr de Mure p 195 ed Bas*: 'Quique in se traxit crimen—esse nocens'.

---

63 reuocataque ς **65** triquie τ ‖ qui timidi *vel* tumidi ς,qui Stygii *Hs* ‖ portare ***N*** **67** aborto ***M***, aborto ***e*** ς **68** Quam qui in se (*fort recte, cf 65*) ***M R***, Qui(s *del m 2*)que in se ***F*** ‖ traxit crimen *VA Conr de Mure* **69** Oleno(s *sscr m 2*) ***M***, Olenus ***N*** ς *VA* ‖ confise (*sed* e *ex corr*, a *fort fuit* ***M***) ϰ ***M***, confis(a *i r m 2*) ***N***, confixa (*i e indurata in lapidem*) *Adv I 23 Turnebus* ‖ figurę ***M e*** ς, figur(a *ex corr m 2*) ***N***, figura τ ***F h l g p*** *VA* **70** letheæ ***M***, Lethei *Hs* ‖ tuae ***e*** ς, tu(æ *ex* a *m 2*) ***M***, tu(a *add m 2*) ***N***, tua ϰ τ ***F h p l*** *A* **71** Corpora ς ‖ idæ ***M***, idę ***l*** **72** transire parantem ς *Bothe* **73** arcuerat ς *item e coni Const Fanensis vulgo*, ἀπειρξεν *Plan*, arguerat (*i r* F^2) ***A*** ω **75** anim(i *i r m 2*) ***N*** ‖ dedere *cMoreti*, dederunt *cPal et e coni* (*Crepund III 20*) *Gebhardus* **76** herebi ***M*** ς ‖ questus crudeles ***h*** ‖ alt(a *ex* u *m 2*)m ***F*** **77** recinit τ ‖ rodopen ***O F l***, rhodopen *cett vulgo* ‖ h^2emum ***M***, haemon ς, emum *R* **78** aethereis *Hs* **81** agebat *Hs* **83** populo ***N*** ‖ amor(is *i r m 2*) ***M***

in teneros transferre mares citraque iuventam
aetatis breve ver et primos carpere flores.
Arbores motae. Cyparissus- Collis erat collemque super planissima campi
area, quam viridem faciebant graminis herbae.
umbra loco deerat; qua postquam parte resedit
dis genitus vates et fila sonantia movit,
umbra loco venit: non Chaonis abfuit arbor,
non nemus Heliadum, non frondibus aesculus altis,
nec tiliae molles, nec fagus et innuba laurus
et coryli fragiles et fraxinus utilis hastis
enodisque abies curvataque glandibus ilex
et platanus genialis acerque coloribus inpar

---

84 *sq Heiricus* (*natus a. 841, cf Traube III 439*) *Vita S. Germani 41 sq*: nam paene puer citraque iuuentam omnia combiberat . furit intimus ossibus ardor (*cf met IX 398* nam paene puer, *VIII 827* furit ardor edendi) ‖ *ib* 21 aetatis breve ver et primi gratia floris.

90 sq *Lact Plac Comm in Stat Theb VI 92*: Ouidius hanc enumerationen arborum epithetis suis decimo libro monstrauit: 'Umbra loco uenit — laurus Nec [*sic Par 8064*, Et *L M Par 8063*] coryli — Perpetuoque uirens buxus — bacis caerula tinus [pinus *M P*] — amicae uitibus ulmi pomoque ouerata [generata *M*, genera *Par 8063*, grana *Par 8064*] rubenti — et lentae 'lenta *M P*] uictoris [uictores *M Par 8063*] palmae — truncoque induruit illo'.

91 non nemus — altis] *citat in Opere prosodiaco Mico (cf Traube P L aevi Car III 286 et quae dixi ad met I 37) addito nomine* OVID.

93 *Isidorus Orig XVII 7, 39:* Fraxinus vocari fertur, quod magis inter aspera loca montanaque fraga [*sic Guelph 1 et 2 ap Lindem*, in asperis locis montanisque fragis *Arevalo vulgo; cf Ov met I 104*] nascatur. Hinc per derivationem fraxinus, sicut a monte montanus. De quo Ovidius: 'Et fraxinus utilis hastis'.

95 *Priscianus V 15*: 'haec acer', quod 'huius aceris' facit genetivum. Ovidius: 'Et platanus genialis [geni/alis *K*, genitalis *L*] acerque coloribus inpar [impar *A D G L K*]' ‖ *ib VI 44*: Ovidius nominativum protulit: 'Et platanus genialis acerque coloribus impar [inpar *RDH*]' ‖ *citatur versus* Et platanus — impar *in cod Vat bibl reginae Chr 215 saec IX (cf H Keil Ind schol Hal aest 1872 p III). additur nomen* OVID ‖ *Isid Orig XVII 7, 41*: Acer coloribus impar'.

---

84 t(e *i r m 2*)$^{ne^2}$//ros *N* ‖ circaque (*coll Hor c II 5, 5*) *Slichtenhorst* ‖ iuuenta *F* 85 primos et (*ob rationes metricas*) *ALit Anz No 190 Santen* 88 *sq* qua postquam — loco uenit *om h, tres diversae manus correxerunt* 89 et *om F* 89,90 *om z O, i mg add z*^{3} *m, i l n* 90 venerat umbra loco *Bothe* ‖ cahonis *n* ‖ abfuit *A ω*, affuit *n*, afuit (*cf 55*) *nescio unde scr Merkel* ‖ arbos *ς Hs vulgo olim* 91 Hoc nemus *Ben* ‖ e(li *i r m 2*)adum *N* ‖ frontibus *τ ς Burm* ‖ altus (*corr*) *τ* 92 tiliae leues *g* 93 nec coryli *e Merkel*, corili *ς* 94 onerataque *ς Gierig*, copertaque *NJhbb 1872, 492 Angermann*, cirrataque *Merkel*^{2} 95 genitalis *ς*

amnicolaeque simul salices et aquatica lotos
perpetuoque virens buxum tenuesque myricae
et bicolor myrtus et bacis caerula tinus.
vos quoque, flexipedes hederae, venistis et una
pampineae vites et amictae vitibus ulmi
ornique et piceae pomoque onerata rubenti
arbutus et lentae, victoris praemia, palmae
et succincta comas hirsutaque vertice pinus,
grata deum matri, siquidem Cybeleius Attis
exuit hac hominem truncoque induruit illo.
Adfuit huic turbae metas imitata cupressus,
nunc arbor, puer ante deo dilectus ab illo,
qui citharam nervis et nervis temperat arcum:
namque sacer nymphis Carthaea tenentibus arva
ingens cervus erat lateque patentibus altas
ipse suo capiti praebebat cornibus umbras.
cornua fulgebant auro, demissaque in armos
pendebant tereti gemmata monilia collo.
bulla super frontem parvis argentea loris
vincta movebatur parilique aetate: nitebant

96 que *add* h^2 ‖ Annicoleque—aquatiqua lothos *e* 97 Perpetuæque *M*, Perpetueque *R* ‖ buxum *M R Merkel*, buxu(s *i r m 2*) *N*, buxus *cett Schol in Statium VA vulgo olim* ‖ tenu(e *ex* i *m 2*)sque *N* 98 myrtus bicolor (*sed cf III 184 alia*) *Vollmer* ‖ tinus *Hs vulgo*, pinus (*sed cf 103*) ϰ τ *M F l Schol in Stat*, (fic *i r m 2*)us *N*, ficus (*i r* h^2) *e g* ϛ ω, cinus (*i e species lauri*) *cLangerm et e coni Const Fanensis*, ἔλαία γλαυκή *Plan* 99 flexibiles *A* 100 amicae *Schol in Stat cBerol, sed cf ad fast I 153 Heinsium et Ovid III 26 Zingerle* 101 honorata *M* ‖ rubenti *i r* F^2 102 Arbatus *N* ‖ *an* laetae? 103 comas et acuta cuspide *cDresd* 104 *sq* attis *O* ϰ *e* ϛ, atis τ *F l*, a/tis *h*, Athys *g R*, Atys *A* ‖ Exuit hec (*corr* F^2) ϰ *F* ‖ Cybeleius olim—induruit Atys *Faber* ‖ exiit hac *Adv XI 22 Turnebus* ‖ induruit alto *Bothe* 106 A(f *ex* t)fuit—cipressus *M* ‖ luctus imitata *cLeidens* 108 citharа neruis τ ‖ citharа neruos *Hellmuth* ‖ arcus *cRhen R Hs* 109 carthaea τ ϛ *V Const Fanensis*, carthea *l A*, carchaea *F*, Καρχαῖα *Plan*, charchea ϰ *O*, crethea *h*, cyrchea *e*, cretea carchia *alia* ϛ 110 (pat *i r m 2*)entibus (altas *i r m 2*) *N* 111 *i l n* 112 gemmataque in armo *l*, d(e *ex* i)missaque *e* 113 gemmata ϛ (*i mg* h^2) ω *vulgo*, (g *i r m 2*)em(ma *i r m 2*) N^{ta^2} ł demissa *sscr* (*m 3*) *n*, geminata ϛ, demissa (uel gemmata *sscr* τ) *M F* ϰ τ *h l* ϛ, diffusa (ł discussa *sscr* e^2) *e* ϛ *R* ‖ εἰς ἁρμοὺς συμβεβλημένα καὶ περικείμενα τῷ ἁπαλῷ τραχήλῳ *Plan* 114 Bella—lo(ris *i r m 2*) *M* 115 Uincla ϰ *M*, Uin$(t^{c^2}$ *i r m 2*)/a *N* ‖ moueba/tur (n *eras*) τ *O*, mouebantur ϰ *cDresd* ‖ parilique N^{es^2}, parilesque τ

auribus e geminis circum cava tempora bacae.
isque metu vacuus naturalique pavore
deposito celebrare domos mulcendaque colla
quamlibet ignotis manibus praebere solebat.
sed tamen ante alios, Ceae pulcherrime gentis,
gratus erat, Cyparisse, tibi: tu pabula cervum
ad nova, tu liquidi ducebas fontis ad undam,
tu modo texebas varios per cornua flores,
nunc eques in tergo residens huc laetus et illuc
mollia purpureis frenabas ora capistris.
Aestus erat mediusque dies, solisque vapore
concava litorei fervebant bracchia cancri:
fessus in herbosa posuit sua corpora terra
cervus et arborea frigus ducebat ab umbra.
hunc puer inprudens iaculo Cyparissus acuto
fixit et, ut saevo morientem vulnere vidit,
velle mori statuit. quae non solacia Phoebus
dixit et ut leviter pro materiaque doleret,
admonuit! gemit ille tamen munusque supremum
hoc petit a superis, ut tempore lugeat omni.
iamque per inmensos egesto sanguine fletus
in viridem verti coeperunt membra colorem,
et modo qui nivea pendebant fronte capilli,

F h l ς ‖ *ἴσοι τε τὸ μέγεθος Plan*, parilique ex aere ς *Hs vulgo olim*, parili levitate *Postgate*, par. decore *Madvig* ‖ parili levore nit. Auribus in g. *Opp ph I 657 Bergk* ‖ *cf VIII 631 et ad V 478* 116 in geminis *h* ς *R Hs vulgo olim*, et geminis *Raph Regius* ‖ circum *om* (*i mg add*) *τ* ‖ timpora *ϰ τ N F* ‖ E geminis auribus—(b *ex* u *m 2*)acae *N* 117 metu/ (s *eras*) *M l* ‖ pudore *cJunianus* 118 domus *F* 119 Quamlicet (*corr n*) *N ϰ*, Quamuis *e cSenat* 120 ceee *M*, cee *ϰ*, caeae *VA* ‖ *τῶν Κῴων ἔθνους Plan* 121 cyparasse *τ* ‖ tibi qui ad pab. *M* 122 At nutu liquidi *M*, Ad nutu liqu. *ϰ* 123 Tu/ modo *N* ‖ texebas *e* ς *VA* (*i mg h*²) *vulgo*, *ἔπλεκες Plan*, sternebas *M* ς *R*, spargebas *cLeid*, tendebas (t texe *sscr n*) *N cett*, nectebas *Korn* ‖ uanos per *l* 124 eques (in t *a m 2*, t *i r*)ergo *N* ‖ r(e *ex* i)sidens hu/c (n *fort eras*) *M* ‖ latus *ccGoth et Medic Hs vulgo olim* 126 nitore *M R*, (uap$^{ua^2}$ *i r m 2*)ore *N* 128 brachia *vel* pectora ς 129 ducebat frigus ς *Hs* 131 (F *ex* D *m 2*)ixit *M* 133 Dixit et ut l. *e h ω*, Dixit (et *i r m 3*, ut *i r m 2*) *N*, Dixit ac ut *F τ l*, Dixit at ut *ϰ*, Dixit ad hunc *M*, dixit ut, hunc *Riese*, dixit, et utiliter *Merkel*² ‖ dixit, ut hunc leviter—admonuit! *Ehwald* ‖ ut admonuit *exclamantis esse et ipse puto* 134 Ammonuit *R* 136 egesto/ (s *eras*) *F*, eiecto ς, exhausto *cRegii Bothe* 137 colorem *i r F*² 138 *del Merkel*² ‖ niue (i/ *ex* a *i r*) *M* ‖ fronde *F*

horrida caesaries fieri sumptoque rigore
sidereum gracili spectare cacumine caelum.
ingemuit tristisque deus ‘lugebere nobis
lugebisque alios aderisque dolentibus’ inquit.
Tale nemus vates attraxerat inque ferarum *Ganymedes, Hyacinthus.*
concilio medius turba volucrumque sedebat.
ut satis inpulsas temptavit pollice chordas
et sensit varios, quamvis diversa sonarent,
concordare modos, hoc vocem carmine movit:
‘Ab Iove, Musa parens, (cedunt Iovis omnia regno!)
carmina nostra move! Iovis est mihi saepe potestas
dicta prius: cecini plectro graviore Gigantas
sparsaque Phlegraeis victricia fulmina campis.
nunc opus est leviore lyra, puerosque canamus
dilectos superis inconcessisque puellas
ignibus attonitas meruisse libidine poenam.
Rex superum Phrygii quondam Ganymedis amore
arsit, et inventum est aliquid, quod Iuppiter esse,
quam quod erat, mallet. nulla tamen alite verti
dignatur, nisi quae posset sua fulmina ferre.
nec mora, percusso mendacibus aere pennis

---

139 Orrida ***M*** **140** spectare ceper^{2} *i r* ***M*** **142** dolentibus inque ferarum (*i mg corr*) ***τ*** **143** contraxerat *ccMedic et Par Hs vulgo olim* **144** turba/ ***N***, turbae ***ς*** ‖ cum cithara medius *H A Koch* ‖ concilio, medius turbae vol. *distinx* (*cf Mscr Diez BSant 148e p 374*) *Dav Hoogstraten*, concilio, medius turbae, v. *distinx ad Lucr I 14 Wakefield, item Bentley* ‖ m. turbae volucrisque *Hs* **145** cordas ***O*** **146** sonaret (*corr n*) ***O R***, sonabant *cGronov* **147** modos hoc (modo *virg del*) uocem ***M*** ‖ hanc uocem ***F*** ‖ c. rupit *cVoss Burm* **148** A ioue ***ς*** ‖ potens ***ς*** ‖ cedent *ccMedic*, cetant *Hs* **150** *post* prius *incidunt e Plan, post* dicta ***h l V Korn*** ‖ cecini *i r n* ‖ pl. leuiore grauiore^{2} ***F*** ‖ gigantes ***N ς RA***, gygantes ***h*** **151** phlegraeis ***ϰ e ς*** *Plan vulgo*, palėgeis ***M***, phlegreis *i mg* ***m***, plegeis^{r2} ***N***, phegheis^{r} ***h***, flegreis ***F*** ‖ fulmina ***ς*** *Plan vulgo*, (car *virg del*, ful *sscr m 2*)mina ***F***, carmina^{fulmina2} ***l*** ‖ fulgura *cBas*, carmina ***ϰ τ O h ς R*** ‖ fulm. castris *Hs* **152** Hic opus *cArond* **153** puell(a *ex* i *m 2*)s ***M*** **154** penas ***h e ς*** **155** frigii ***l*** ‖ quondam phrygii (*vel* frigii) ***ς*** **156** est *om* ***l*** **157** tamen *om* ***h*** **158** nisi quae posset sua fulmina ferre ***M ς R Merkel***, nisi quae possit s. f. ferre *cArondel Hs vulgo olim*, nisi quae po(rt *i r m 2*)et sua f. terre ***N***, n. quae portet (portat ***h ς***) s. fulmina (flumina ***l***) terre (terra/ ***h***, terris ***ς***) ***ϰ τ X VA Jahn*** ‖ nisi qua *Capoferreus* ‖ quae possit s. f. ferre *vel* cui possent s. f. ferri *coni Hs*

abripit Iliaden; qui nunc quoque pocula miscet
invitaque Iovi nectar Iunone ministrat.
Te quoque, Amyclide, posuisset in aethere Phoebus,
tristia si spatium ponendi fata dedissent.
qua licet, aeternus tamen es; quotiensque repellit
ver hiemem piscique aries succedit aquoso,
tu totiens oreris viridique in caespite flores.
te meus ante omnes genitor dilexit, et orbe
in medio positi caruerunt praeside Delphi,
dum deus Eurotan inmunitamque frequentat
Sparten, nec citharae nec sunt in honore sagittae:
inmemor ipse sui non retia ferre recusat,
non tenuisse canes, non per iuga montis iniqui
ire comes, longaque alit adsuetudine flammas.
iamque fere medius Titan venientis et actae
noctis erat spatioque pari distabat utrimque:
corpora veste levant et suco pinguis olivi
splendescunt latique ineunt certamina disci;
quem prius aerias libratum Phoebus in auras
misit et oppositas disiecit pondere nubes.
reccidit in solidam longo post tempore terram
pondus et exhibuit iunctam cum viribus artem.
protinus inprudens actusque cupidine lusus

---

160 Arripit *N F* ς* ς ‖ aliadē (*gl* cammedē *sscr m 2*) *M*, yliadem *e*, illiadem *h* ς *R* ‖ po/cula (s *eras*) *F* 162 amiclides *F*, Amyclaide *Unger* ‖ ł aethere² in aere *e*, in aere *ccBersm et Goth* 163 si/ (s *eras*) sp. *M* 164 que *i mg add* h^3 ‖ quċiensque rep/llet *τ* 165 hiemen *M* ‖ successit *g* 166 totiens honeras *M* ‖ caespite uernas *cLeid Burm* 167 Te deus *ϰ* ‖ ante alios ς *Hs* 169 Tum *M* ‖ europā *ϰ O l ccDresd et Vratisl* ‖ immutamque *M*, immutatamque (ł immunitam *i mg* e^2) *e g*, immoenitamque *Ciofanus* 170 sprathen *τ*, spartam *e ccDresd et Senat* 172/187 *om M*, *i mg m* 172 Nec tenuisse — nec per *cDresd* ‖ iu///ga *m* 173 Isse comes *e* ς *Hs vulgo olim* ‖ longa/que *N* ‖ trahit ass. *e cSenat* ‖ asuetudine *F*, ad(s *inseruit m 2*)suetudine *N* 175 Lucis erat. *e* ς ‖ utrique *m Riese*¹, utrinque *h*, utrumque *τ* 176 l(e *ex* a *i r m 2*)uant *N* ‖ oliuae ς 177 Spendescunt *e* ‖ laetique ς *KSchenkl* 178 aetherias *Riese* 179 verbere *Burm*, robore *Bothe* 180 Reccidit *l* e^2 *τ*, Decidit ς *A*, Reicit *ϰ*, Recidit *e cett RV* ‖ solitam *cRhen* ‖ post longo tempore ς 182 *i mg* e^2 ‖ impudens a. c. iussus *m* ‖ a(c *i r m 2*)t(us *i r m 2*)que *N*, ar(tis *ex* us)que *F*, artisque *h ϰ g p* ς, artusque *l*, tactusque *vel* tractusque *vel* captusque *vel* uictusque *vel* auidusque ς ‖ Pr. incumbens artisque (ł imprudens ł actusque *sscr*) e^2 ‖ cup. ludi ς *R*, cup. laudis *i mg p et e coni Burm*

tollere Taenarides orbem properabat, at illum
dura repercusso subiecit verbere tellus
in vultus, Hyacinthe, tuos. expalluit aeque
quam puer ipse deus conlapsosque excipit artus,
et modo te refovet, modo tristia vulnera siccat,
nunc animam admotis fugientem sustinet herbis.
nil prosunt artes: erat inmedicabile vulnus.
ut, siquis violas rigidumve papaver in horto
liliaque infringat fulvis horrentia linguis,
marcida demittant subito caput illa vietum
nec se sustineant spectentque cacumine terram:
sic vultus moriens iacet, et defecta vigore
ipsa sibi est oneri cervix umeroque recumbit.
„laberis, Oebalide, prima fraudate iuventa“,
Phoebus ait „videoque tuum, mea crimina, vulnus.

189 *sq Vinc Bellov Spec hist VI 117*: nil prosunt artes — riguoque papavera — herentia linguis — caput illa grauatum — spectentue — iacet defecta uigore.

183 thenorydes *e* ‖ ad illum *m* 184 repercusso s. verbere *Merkel*², rep. s. inher(e *i r*) *m*, r. s. inaere *N F*, r. s. in aere *τ e h ς RV*, r. s. ab aere *ς Hs vulgo olim*, r. s. marmore *Withof*, r. s. pondere *HAKoch* ‖ repercussum s. in aera (*i e 'at tellus dura illum, repercussum in aera, subiecit in vultus'*) *ϰ l ς Bach*, repercussum s. ab aere *Jahn*, repercussum s. in aera tellus Et vultus *coni Hs*, repercussum — in vultusque *NJhbb 1893, 333 Stange*, repercussum s. circine *Rappold* 185 iacinthe *ϰ m l*, iacincte *F*, iaccincte *h*, yacincte *e* 186 Ac puer *cBonon Hs vulgo* ‖ collapsos(que *om*) *l* ‖ accipit *vel* exigit *ς*, eripit *Hs* 187 se (*i e suo calore*) refovet *Bothe* 188 ammotis *M* 189 uul(n *i r m 2*)u(s *i r m 2*) *M* 190 rigidumve *NJhbb 1885, 890 Polle*, rigidoue *ϰ M*, rig(uo *i r m 2*)ue *N*, riguoque *F ς cLeid Voss 51 VA Bothe*, riguoue *cett R vulgo* ‖ papauer *N ς Hs vulgo*, papauera *cett ω Jahn* 191 *sq* liliave *Bothe* ‖ horrentia *Riese*, herencia *τ l*, (h *sscr m 2*)erentia *h*, haerentia *cett vulgo* ‖ linguis *N F τ h l ς R*, lingnis *ς*, lignis *ϰ M F*² *e ς*, uirgis *n ς VA* ‖ herencia truncis *Mscr Diez B Sant 12* ‖ fuluis — moriens (*191/194*) *del Merkel*² 192 dimittant *ϰ N ς*, dimittunt *e* ‖ illa vietum *Riese*, i. quietum *M*, i. gra(uato *i r m 3*) *F*, i. grauatum (grauatum *i r n*, *evanida vox — g tamen apparere videtur — in ϰ*) *cett Plan ω vulgo* 193 sustentant *N* ‖ spectantque *e h R*, spectentue *Vinc Bell* ‖ terras *i r F*³ 194 uultu *unus Heinsianus* ‖ *τὸ πρόσωπον ἐκείνου ἐκπνέοντος Plan* ‖ et *om Vinc Bell* ‖ vultu moriente iacet, defecta *vel* vultus moriens flaccet (= *marcet*) def. *Hs* ‖ uig(ore *i r m 3*) *F* 196 ebalide *F*, oethalyde *e* ‖ fraudata *M*, fraudante *e* 197 Phebus (*sic*) *l* ‖ mea carmina *ϰ*, mea uulnera *cBersm*

tu dolor es facinusque meum: mea dextera leto
inscribenda tuo est! ego sum tibi funeris auctor.
quae mea culpa tamen? nisi si lusisse vocari
culpa potest, nisi culpa potest et amasse vocari.
atque utinam merito vitam tecumque liceret
reddere! quod quoniam fatali lege tenemur,
semper eris mecum memorique haerebis in ore.
te lyra pulsa manu, te carmina nostra sonabunt,
flosque novus scripto gemitus imitabere nostros.
tempus et illud erit, quo se fortissimus heros
addat in hunc florem folioque legatur eodem.'
talia dum vero memorantur Apollinis ore,
ecce cruor, qui fusus humo signaverat herbas,
desinit esse cruor, Tyrioque nitentior ostro
flos oritur formamque capit, quam lilia, si non
purpureus color his, argenteus esset in illis.
Non satis hoc Phoebo est (is enim fuit auctor honoris):
ipse suos gemitus foliis inscribit et AI AI
flos habet inscriptum, funestaque littera dicta est.

215*sq* (*cf XIII 394sq*) *Servius in Bucol III 106*: qui natus primo est de Hyacinthi sanguine, postea de Aiacis, sicut etiam Ovidius docet ‖ *Lact epitome div Inst 8, 2*: Apollo . . dilectum puerum cum peremisset inprudens, gemitus suos inscripsit in flore.

---

198 faximisque (*corr*) τ 199 Inscridenda M 200/209 *del Merkel*^{2} 200 nisi si lusisse $\varkappa$ h ς ω *vulgo*, nisi lusisse M, nisi silu(s *ex* i *m 2*)ise N, nis// (si *fort eras*) siluisse F, nisi siluisse l, nisi luisse τ, (nisisil *i r m 2*)usisse e 201 *i mg* h^2 ‖ nisi—vocari *om* l *in spatio vacuo add* l^2 ‖ potest et adamasse p, potest adamasse *inde p 202 Bothe* 202 ut. merito $\varkappa$ M *Riese*, ut. pro te X ω *vulgo olim* ‖ tecumque X ω, tecumue $\varkappa$ M ς *Hs* ‖ utinam (pro te *i r m 2*) tecum/ (que *eras*) uitam (que *add m 2*) liceret N ‖ utinam tecumque mori vitamque l. *Transact Cambr Ph Soc III 148 Housman* 203 quod quando l, sed quoniam ς *R Hs vulgo olim* ‖ tenetur τ h ς, uetamur ς *et i mg* h^2 207 fort. Aiax (*cf Dracont Orest trag 848*) ς 208 Addet *cGoth*, Abdat *cVoss* ‖ f(o *ex corr m 2*)l(i *ex corr m 2*)oque F 210 humo $\varkappa$ M ς *R Merkel*, hom/ (humi *inde m 2*) N, humi X *VA vulgo olim* ‖ (h)erbam ς^* τ ς 212 or(itur *i r m 2*) F ‖ qua lilia N 213 color huic g ς *Hs vulgo olim* 214 *del Merkel* ‖ est *om* M ‖ auctor *i mg add* l^2 215 inscribitur τ, incidit *Gronovius* ‖ aiai (*cf XIII 398*) *Plan* ς *Naugerius vulgo*, et // (ai *a m 2*) g, et iam τ, et ecce M l^2, et e/ (e *alterum add m 2*) N, ł ya ł ay *sscr* (*m 3*) n, et (ẏa *ex corr* F^2 h^2) F h, et ee $\varkappa$, et ia l, et YA e, et ae *vel* et ay *vel* et aia *vel* et ae ae (*sic Ben*) *alia* ς 216 dicta est (*cf NJhbb 1894, 652*) *scripsi*, d$^{u^2}$/cta (i *eras videtur*, est *add m 2*) N, ducta est *cett* ω *vulgo*, dictu est *Bothe*

nec genuisse pudet Sparten Hyacinthon: honorque
durat in hoc aevi, celebrandaque more priorum
annua praelata redeunt Hyacinthia pompa.
At si forte roges fecundam Amathunta metallis, 220 *Cerastae et Propoetides.*
an genuisse velit Propoetidas, abnuat aeque
atque illos, gemino quondam quibus aspera cornu
frons erat; unde etiam nomen traxere Cerastae.
ante fores horum stabat Iovis Hospitis ara;
† Inlugubris celeri quam siquis sanguine tinctam 225
advena vidisset, mactatos crederet illic
lactantes vitulos Amathusiacasque bidentes:
hospes erat caesus! sacris offensa nefandis

224*sq* (*Lactant*) *Argum X fab VI*: cuius incolae, obtrita consuetudine humani generis, soliti in ara Iovis, quae proxima erat deae, advenas immolare. *cf Append.*

---

217 gemuisse ς ‖ spartē ***M*** ‖ iacinthon ***Mx***, iacincton ***l***, iaccinton ***h*** 218 eu(o *ex* i *m 2*) ***F***, euo (t i *sscr m 2*) ***e***, aeuum ς 219 iacinthia ***x M l***, iacinctia ***F***, yacintina ***τ*** ‖ praelatam red. iaccinthia ***h*** 220 At fortasse roges ***h*** ‖ fœcunda ***F*** ‖ amathita (*corr m 2*) ***N*** ‖ metalli ς *Hs* 221 Haud genuisse ***x***, A(n *inseruit m 2*) /genuisse ***M*** ‖ propoetidas ***x h*** ς *Plan*, propoeides ***M***, propeded^{i}/des (e *eras*) ***N***, propeidas ***F τ l*** *Ben*, proptides$^{e^2}$ ***e***, propœtides ς *R* ‖ abnuat *Hs vulgo*, adnuat ***x***, annuat ς *VA*, annuet (*incertum*) ***τ***, abnuet *vel* abnuit ς, a(n *ex* b)nuit ***N***, annuit ***M F*** ς*, *ἀνανεύσει Plan* 222 gemino/(s *eras*) ***O*** 223 cæraste ***M*** 225 *locus nondum sanatus* ‖ Inlugubris$^{luctuosa^2}$ celeri ***M***, Inlugubri$^{s^2}$ sceleris ***N***, Inlugubrissceleris ***x***, Inlugubris sceleris ***F l***, Illugubris sceleris (celeris *alii*) ***e*** ς, //lugubris celebris (sceleris *corr*) ***τ***, Lugubris ọ sceleris ***h***, Inlugubris scele$^{sceleri^2}$// ***g***, *βωμὸς . . πολυστόνου τολμήματος Plan*, Illugubris (Inlugubris *alii*) sceleri ς *RV* ‖ aras (*sic*) Lugubris sceleris *Mscr Diez BSant 12* ‖ Lugubris sceleris ς *A vulgo olim*, Lugubris scelerum *Vollmer*, Ilicibus celebris *vel* In luco obscuro *vel* In luco celebri *vel* Ilice sub veteri *Hs*, Lugubris Veneri *Burm*, Caedibus illustris *Schepperus* ‖ Lugubris sceletis '*ex em IVossii . Latini autem* sceletus sceleti *solent dicere* . sceletis *ergo est* ossibus . *Heinsius hanc em. sane Vossianam mala fide reticuit' Mscr Diez Sant 148e p 374 Dav Hoogstraten* ‖ ara Lugubris, calido quam *Boissonade* ‖ Illecebra (*vel* Illecebrae) sceleris *p 106 Bothe*, Ignarus sceleris *Adv cr II 88 Madvig*, Ingluvie sceleris *Merkel*^{2}, Indicium sceleris *HAKoch*, Heu! cumulus sceleris *Korn*, Lugubris incesto *Postgate*, Veneris (*pro* celeri) *scribendum esse censet, ceterum de emendatione desperans, Hermes XXV 82 Knaack* 227 Lactentis *R*, Lact(e *ex* a *m 2*)ntes ***N*** ‖ amathusiasque ***M***, amaturiacasque ***l***, amutusiacasque$^{a^2}$ ***e***, amathusiacasue ς *Hs vulgo olim*, Amathusiadasve *coni Hs* ‖ bibentes ***τ***, (b *ex* v *m 2*)identes ***N***, bi(d *i r m 2*)entes ***M***

ipsa suas urbes Ophiusiaque arva parabat
deserere alma Venus. „sed quid loca grata, quid urbes
peccavere meae? quod“ dixit „crimen in illis?
exsilio poenam potius gens inpia pendat,
vel nece vel siquid medium est mortisque fugaeque.
idque quid esse potest, nisi versae poena figurae?“
dum dubitat, quo mutet eos, ad cornua vultum
flexit et admonita est haec illis posse relinqui
grandiaque in torvos transformat membra iuvencos.
Sunt tamen obscaenae Venerem Propoetides ausae
esse negare deam; pro quo sua numinis ira
corpora cum forma primae vulgasse feruntur,
utque pudor cessit sanguisque induruit oris,
in rigidum parvo silicem discrimine versae.
Pygmalion. Quas quia Pygmalion aevum per crimen agentis
viderat, offensus vitiis, quae plurima menti
femineae natura dedit, sine coniuge caelebs
vivebat thalamique diu consorte carebat.
interea niveum mira feliciter arte
sculpsit ebur formamque dedit, qua femina nasci
nulla potest, operisque sui concepit amorem.
virginis est verae facies, quam vivere credas,
et, si non obstet reverentia, velle moveri:

---

229 suas sedes *cLeid*, s. aedes *Burm* ‖ ophiustaque *O*, ophitusiaque *e* 230 quid *alterum i r m* 231 quid dixit ϰ, qu(o *ex corr m 2*)d dixit *N* ‖ crimen dixit *F e ς Hs* 232 E xillo *M* ‖ impia soluat *g* 233 est *om ς, del Hs* 235 mutat (*corr m 2*) *h* 237 to(ruos *i r m 2*) t. m. iuuen(cos *i r m 2*) *N* 238 prope/ides *M*, propeides *F τ l*, prop(et *i r m 2*)ides *N* 239 quo ϰ *N g ς R*, qua *F τ* ς* *ς*, qu$^{o^2}$/ (a *eras*) *M* ‖ sua *s l add* F^3 240 cum fama *a m 2 cSenat Burm* ‖ primo *e ς* ‖ multasse *e*, mutasse *h l* 241 sanguis(que *om*) *M ς* 242 s(i *ex* e *m 2*)licem *M*, scilicem *h* ‖ uerse *i r* F^2 243 aevum] aequus (iustus *sscr m 2*) *M*, uersas *i r n*, neuu(maculam *sscr*) *τ*, neuum *F*, neuum *e l* ‖ per crimen agentis *Ehwald*, p. crimina agentes e^2 *ς ω vulgo*, per crimin(e a *i r m 2*)gentes *h*, per crim̄// (a *i r m 2*)gent(e *ex* i *m 2*)s *F*, per crimina gentis (gentes *n*) *O τ* ϰ ς* *ς* 244 offensas (*corr*) *h* ‖ plur. sorti *cMedic* 245 celeps *M l* 246 thalamoque *cBas Bothe* 247 in niueum *h* 248 Scalpsit *M*, Sculpit *ς Hs*, Scupsit *F* ‖ ebor—qu(a *i r m 2*) *N* 249 que *om h* 250 uerae *N τ X*, uere ϰ *M ς A*, *ὄντως Plan* 251 (ue *ex corr m 3*)lle *F* ‖ posse moueri *ς* ‖ moneri *h*

ars adeo latet arte sua. miratur et haurit
pectore Pygmalion simulati corporis ignes.
saepe manus operi temptantes admovet, an sit
corpus an illud ebur: nec adhuc ebur esse fatetur.
oscula dat reddique putat loquiturque tenetque
et credit tactis digitos insidere membris
et metuit, pressos veniat ne livor in artus;
et modo blanditias adhibet, modo grata puellis
munera fert illi conchas teretesque lapillos
et parvas volucres et flores mille colorum
liliaque pictasque pilas et ab arbore lapsas
Heliadum lacrimas; ornat quoque vestibus artus,
dat digitis gemmas, dat longa monilia collo,
aure leves bacae, redimicula pectore pendent.
cuncta decent: nec nuda minus formosa videtur.
conlocat hanc stratis concha Sidonide tinctis
appellatque tori sociam adclinataque colla
mollibus in plumis, tamquam sensura, reponit.
Festa dies Veneris tota celeberrima Cypro
venerat, et pandis inductae cornibus aurum
conciderant icta nivea cervice iuvencae,
turaque fumabant, cum munere functus ad aras
constitit et timide, „si di dare cuncta potestis,
sit coniunx, opto“ (non ausus „eburnea virgo“
dicere) Pygmalion „similis mea“ dixit „eburnae!“
sensit, ut ipsa suis aderat, Venus, aurea festis,

---

252 (h *add m 2*)aurit ***M***, (a *add m 2*)urit ***N*** 254 amouet ***M*** 255 nec ebur tamen esse *cGronov Hs vulgo olim* 257 in(si *i r m 2*)dere ***F*** 258 uen(i *ex* e)at ***l*** ‖ arcus ***ϰ*** 260 choncas ***l*** 262 *sic* ***ϰ τ e l ς*** *R Hs vulgo,* Lilia per pictasque ***M ς*** *VA,* Liliaque et pictasque (que *om* ***h***) ***N F h ς*** ‖ liciaque *Bothe* ‖ lilia fert *coni Hs* 263 Iliadum ***ϰ*** ‖ artes ***ϰ***, ar(ti *i r*)s ***M*** 264 gemmas longoque mon. ***N ς*** *Burm*, g. et longa mon. *cDresd* ‖ dat longo *vel* grata ***ς*** ‖ mu(nilia *i r*) ***M*** ‖ collo *i mg add* ***m*** 265 ba/cę (c *eras*) ***M***, bache ***F*** 267 conchas ***τ*** ‖ sidoni(de *i r m 2*) ***N*** 268 Apellaque ***h*** ‖ inclinataque ***ς*** 269 implumis ***M*** 270 dies ḍiḙs ***F*** ‖ Veneri *cStrozzanus Hs vulgo olim* 271 et pandis *cRhenov et e coni Gronov vulgo,* et blandis ***A*** *ω, κἂν τοῖς ἡμετέροις (ἡμέροις Boissonade) κέρασι Plan* ‖ inductae ***ϰ M ς*** *R vulgo,* in-du(c *del*)te ***N***, indutę ***F***, indutae ***τ h l ς*** ‖ Uenerat auratis ornatę cornua uittis (ł et blandis inductę cornibus aurum *sscr* ***e***²) ***e ς*** 272 uītae ***h*** 273 aram ***ς*** 274 Constituit ***τ*** ‖ timidę ***l*** ‖ sidi*i* *i r h* ‖ dii ***F h*** 276 eburneę ***e ς*** 277 at ipsa ***M***, ut ips(a *i r m 2*) ***N*** ‖ fe(s *i r m 2*)tis ***N***

vota quid illa velint, et, amici numinis omen,
flamma ter accensa est apicemque per aera duxit.
Ut rediit, simulacra suae petit ille puellae
incumbensque toro dedit oscula: visa tepere est.
admovet os iterum, manibus quoque pectora temptat:
temptatum mollescit ebur positoque rigore
subsidit digitis ceditque, ut Hymettia sole
cera remollescit tractataque pollice multas
flectitur in facies ipsoque fit utilis usu.
dum stupet et dubie gaudet fallique veretur,
rursus amans rursusque manu sua vota retractat:
corpus erat! saliunt temptatae pollice venae.
tum vero Paphius plenissima concipit heros
verba, quibus Veneri grates agat, oraque tandem
ore suo non falsa premit, dataque oscula virgo
sensit et erubuit timidumque ad lumina lumen
attollens pariter cum caelo vidit amantem.
Coniugio, quod fecit, adest dea, iamque coactis
cornibus in plenum noviens lunaribus orbem
illa Paphon genuit, de qua tenet insula nomen.

Myrrha. Editus hac ille est, qui, si sine prole fuisset,
inter felices Cinyras potuisset haberi.

---

278 *del Merkel²* ‖ muneris *p* ς 279 acensa *h* ‖ accense[uel est] apicemque *τ* ‖ dixit *ϰ* 280 reddit *ϰ* ‖ illa (*corr l*) *τ l h* ‖ ille figurae ς 282/288 *del Merkel²* 282 Amouet *M* 283/XIV 746 *exstant in μ* 283 mollesscit *l* 284 Subsidit *ccMed et Rhenov Hs vulgo, ὑφιζάνει Plan*, Subsedit *A ω* ‖ himetia *O ϰ μ h* ς, himecia *τ l*, humecia *F* 285 tractataque p. multas *m* ς *VA vulgo*, multasque pollice tractata *μ* ‖ tractaque *ϰ O* ‖ (a *inseruit m 2*) pollice multa(s *add m 2*) *N* ‖ remollescit multasque (multas que *F h e* ς) pollice tracta *X*, r. multumque a pollice tracta *R* 286 Vertitur ς 287 Dum stupor *μ* ‖ et dubie *M h²* ς *ω vulgo, σὺν ἀμφιβολίᾳ Plan*, et timide ς *Hs vulgo olim*, et pariter *μ*, et modice *cCaelestinorum Bothe*, et medio (t dubio *i mg e²*) *N X* ‖ (uid *i r m 2*)etur *N*, ueretur (*m 3*) *n* 288 amans rursus(que *add m 2*) *e* ‖ manus *l* ‖ retrectat *τ*, retentat ς 290 Tunc *μ* ‖ paphus[i²] *M* ‖ planissima *Bothe* 291 Uota *unus Heinsianus probante Burm* ‖ agat *F* ς* *τ n Plan vulgo*, agit *O μ ϰ* ς *ω Merkel* 293 ad limina *cBonon et Moreti* 295 Coniugi(ū *ex corr m 2*) quod fecit ei dea *M* ‖ Coniugi(o *i r m 2*) *N* ‖ Coniugium — amat dea *Transact Oxf Ph S 1882/1883 p 29 Ellis* 296 implenum *M*, impleuit *l p* ‖ nouies *F μ τ h l ω* 297 *del NJhbb 1859, 639 Suchier* ‖ paphum *μ* ς ‖ de qua *M e τ Merkel²*, de quo (*sed* o *scr n, ut videtur*) *μ N F h l* ς *ω vulgo* 298 hac *A RV* hac[&²] (e *i mg*) *M* ‖ ex illo est *vel* hinc ille est *Micyllus*, et ille est *A*, hoc ille est *coni Hs*, atque ille est *Glareanus* 299 cyniras *O τ*, cynras[y²] *e*, ciniras *ϰ F*, cinaras (*sic semper h*) *μ h*, *ὁ Κινάρας* (*semper*) *Plan*

Dira canam: procul hinc natae, procul este parentes!
aut, mea si vestras mulcebunt carmina mentes,
desit in hac mihi parte fides, nec credite factum,
vel, si credetis, facti quoque credite poenam!
si tamen admissum sinit hoc natura videri,
gentibus Ismariis et nostro gratulor orbi,
gratulor huic terrae, quod abest regionibus illis,
quae tantum genuere nefas. sit dives amomo
cinnamaque costumque suum sudataque ligno
tura ferat floresque alios Panchaia tellus,
dum ferat et murram; tanti nova non fuit arbor!
ipse negat nocuisse tibi sua tela Cupido,
Myrrha, facesque suas a crimine vindicat isto:
stipite te Stygio tumidisque adflavit echidnis
e tribus una soror. scelus est odisse parentem:
hic amor est odio maius scelus. undique lecti
te cupiunt proceres, totoque oriente iuventus
ad thalami certamen adest: ex omnibus unum
elige, Myrrha, virum — dum ne sit in omnibus unus!

---

300 natae procul hinc ς *Hs vulgo olim* **301** Aut ϰ *n h* ς *A vulgo,* At *N cett V* ‖ mulcebant ϰ **302** nec credite *M n h*² ς *VA Merkel*², ne cr. (*cf Aen II 48*) *N h*¹ *cett vulgo olim* ‖ factis *cCantabr,* facto *Hs* **303** cred(a *ex* e *m 2*)tis *N* **304** amissum (*corr m 2*) *M* ‖ sin(a *ex corr i r*)t *h* **305** *habet X ω, om O* ϰ, *i l add* (*fort m 1*) *N et* ϰ³, *dell versum Merkel et Korn, def* (*Append ed exeg p 398*) *Ehwald* ‖ hismariis *F,* ismauriis *N* **308** Cinnamaque et *h* ‖ Cynnama · que costum(que *add m 2*) *e* ‖ suam ς *Hs vulgo olim* ‖ sudaque$^{ta^2}$ *N* **309/310** Tura ferat et mirrham tanti noua non fuit arbor Tura ferat floresque alios panchaia tellus Dum ferat—fuit arbor ϰ **309** flores(que *add m 3*) *F* ‖ flores uarios ς ‖ panchaica *N τ h l* ς, panphaica *μ* ‖ tura ferat (floresque alios) Panchaica, tellus, Dum ferat *Comm in leg Att p 248 Petit* ‖ roresque alios (*coll Lygd 4, 28*) *Fuß*, floresque aloës *Qu Ov cr Münster 1879, 10 Algermissen* . **310** murram *M Merkel*², mirram (*semper*) *μ τ h̄ l* ς, myrram *cett* ς *vulgo,* Myrrham *ω* ‖ noua (non *add m 3*) fuit *N* ‖ arbo(r *ex* s *m 2*) *F,* arbos ς *Hs* **311** Ipsa—sibi (*corr m 2*) *N,* Ipsa$^{e^1}$—sibi ϰ **312** Murra *M,* Mirra (*semper*) *F h l* ‖ uendicat *μ e* **313** tumidisque^{v} *M* ‖ echynis$^{d^2}$ *e* **314** Ex tr. *μ* **315** Hic mos ϰ *M* ‖ est odioque *M* ‖ minus scelus *M,* mius scelus *τ* **316** proceres *s l add h*² ‖ iuuenta (*cf Hor c III 2, 15 et NJhbb Suppl XVIII 1890, 186 OHey*) *M Korn* **317** At thalami ϰ, A(d *add m 2*) thalami *e* ‖ thalami/ (us *fuit*) *M* ‖ unū^{2}/ (s *eras*) *N* **318** murra *M* ‖ myrra tibi dum *N* ς ‖ n(e *ex* o, non *videtur fuisse*) sit *N,* nescit *M F,* non sit *μ* ς *VA* ‖ unū^{2}/ (s *eras*) *M*

Illa quidem sentit foedoque repugnat amori
et secum 'quo mente feror? quid molior?' inquit,
'di, precor, et pietas sacrataque iura parentum,
hoc prohibete nefas scelerique resistite nostro, —
si tamen hoc scelus est. sed enim damnare negatur
hanc Venerem pietas, coeuntque animalia nullo
cetera delicto. nec habetur turpe iuvencae
ferre patrem tergo, fit equo sua filia coniunx,
quasque creavit, init pecudes caper ipsaque, cuius
semine concepta est, ex illo concipit ales.
felices, quibus ista licent! humana malignas
cura dedit leges, et quod natura remittit,
invida iura negant. gentes tamen esse feruntur,
in quibus et nato genetrix et nata parenti
iungitur, ut pietas geminato crescat amore.
me miseram, quod non nasci mihi contigit illic,
fortunaque loci laedor! — quid in ista revolvor?
spes interdictae discedite! dignus amari
ille, sed ut pater, est. — ergo si filia magni
non essem Cinyrae, Cinyrae concumbere possem;
nunc quia iam meus est, non est meus, ipsaque damno
est mihi proximitas: aliena potentior essem.
ire libet procul hinc patriaeque relinquere fines,
dum scelus effugiam. retinet malus ardor amantem,
ut praesens spectem Cinyram tangamque loquarque

---

319 sensit *F cRhen* 320 qu(a *ex* o *m 2*) *F* ‖ melior *(corr μ)* τ μ 321 Dii *M μ h* 322 resistite tanto *cGoth Hs vulgo olim* 323/324 sed enim — pietas *i l n* 323 nega/t̄$^{-2}$ (*i e* negatur *m 2*, negaret *fuit*) *M*, negaret *Merkel*^{2} ‖ etenim (*cf Bibl Diez 1075*) *Hs* 324 que *om e* ς ‖ coeuntne *Bentley* 325 delicto *A ω*, delectu *frg Caesenas cRhenov Hs vulgo olim*, dilectu *M Merkel* ‖ iuuen(cę *i r m 2*) *e* 327 iniit *N* 328 Sanguine *μ*, semina ϰ ‖ ill(o *ex* a *m 2*) *F*, illa τ *l* ς 331 iura uetant *cRhenov* 332 genitrix *F μ* τ 333 ut — crescat *O* ς *R Riese*, et — crescit *X* ϰ τ *μ n g Plan vulgo* 335 quod inista *F* 336 intercedite (*corr m 2*) disc. *F* ‖ dicedite$^{s^2}$ ϰ 337 est *s l n* ‖ est ita g^{o} si *F* 338 cinire cinire *M*, cinere cinere *N*, cynirę cynirę *F*, cinerę cynerę *l*, cinare cinare^{secum} *p* 339 tam meus *ccLangerm Goth Rhenov Hs vulgo olim* 341 patriae(que *om*) *μ*, patriosque *ccNaugerii et Bonon Hs vulgo olim* 342 malus error ς *Hs vulgo olim* ‖ ardor euntem *Bentley* 343 spect(e *i r m 2*)m ‖ cyniram *N*, cynarā *M*, cy^{i}narā *F*, ci(y)neram *h l*

osculaque admoveam, si nil conceditur ultra.
ultra autem sperare aliquid potes, inpia virgo?
et quot confundas et iura et nomina, sentis!
tune eris et matris paelex et adultera patris?
tune soror nati genetrixque vocabere fratris?
nec metues atro crinitas angue sorores,
quas facibus saevis oculos atque ora petentes
noxia corda vident? at tu, dum corpore non es
passa nefas, animo ne concipe neve potentis
concubitu vetito naturae pollue foedus.
velle puta: res ipsa vetat; pius ille memorque est
moris — et o vellem similis furor esset in illo!“
Dixerat, at Cinyras, quem copia digna procorum,
quid faciat, dubitare facit, scitatur ab ipsa
nominibus dictis, cuius velit esse mariti.
illa silet primo patriisque in vultibus haerens
aestuat et tepido suffundit lumina rore.
virginei Cinyras haec credens esse timoris
flere vetat siccatque genas atque oscula iungit.

---

344 amoueam ***M*** ‖ nil *i l* ***F*** **345** Ultra autem sperare (*cf 336 et ad Cat p 356 Friedrich*) ***F e l τ μ g*** ς *ω vulgo olim*, U. aut respectare ***M*** *Merkel*[2], Ultra (haū *s l m 2*) spectare ***N***, Ultra aut spectare ϰ, U. autem spectare ***h*** ς *ω Ehwald*, U. autem peccare ς, *Ἐπέκεινα δὲ τί τούτων προσδοκᾶν δύνῃ Plan*, u. aut expectare *Merkel*[1] **346** Et quot ϰ ς *Merkel*, Et quo ***M*** *R*, Nec quot ς *ConstFanensis vulgo olim*, Et (ł nec *i mg n*) quod *cett* ς *VA*, at *vel* an quot *Vollmer* ‖ num quae confundas *Bach*, ecquid confundens et *Bothe* ‖ numina ***μ τ*** **347** *om* (*i mg m*) ***M*** *Plan* ‖ Tunc (ł Tune *sscr* ***e***[2]) eris ***e μ***, Tunc/ eris (i *eras*) ***l*** ‖ matri *cMedic* **348** Tunc ***l***, Tunc (ł Tune *sscr m 2*) ***e*** ‖ soror et n. ***e*** ‖ gnati ***τ N F*** ς *Hs* ‖ genitrixque ***τ F e***, genetrix(que *add m 2*) ***N*** ‖ genitrix quoque (quo *del*) ***M*** ‖ uoca(b *ex* u *m 2*)ere ***N*** **349** *om* (*i mg add m 2*) ***N*** ‖ metuis ***μ n***, metuas ς ‖ acro ϰ, sac$^{atro^3}$// ***F***, sacro ***τ l n*** ς *A* **350** Quos ***l***, Que ϰ ‖ patentes$^{e^2}$ ***e*** **352** *sq* nec concipe ***h*** ‖ neue petendo Concubitus uetitos ***μ*** *cPar* ‖ Passa, nefas animo ne *distinx Hs* ‖ parentis ς, patentis *Burm* **353** Concubito (v *sscr* ***F***[3]) ***τ M F*** **354** est *om* (*s l add n*) ***N*** ς *del Hs* **355** /moris (A *eras*) ϰ ***M*** ‖ E(moris et o *i r m 2*) ***N***, Iuris et o ς *Hs vulgo olim* **356** Dixerat et ***μ τ F l g*** ‖ cinaras ***M μ l***, ciniras ***N*** **357** Qui(d *ex* a) ***M*** **359** primo patriisque in ς *V Hs vulgo*, primo patrisque in ***e g*** ς *A*, primo patris(que *add m 3*) in ***F***, primoque patriis in ***M***, primoque patri in ϰ, primoque patris in ***τ N h l*** ς **360** suffudit ***g*** **361** cyniras ***M F***, ciranas ***l*** ‖ hoc credens ***e*** ‖ credens signa tim. ***μ***, cr. esse pudoris ς

Myrrha datis nimium gaudet consultaque, qualem
optet habere virum, „similem tibi“ dixit; at ille
non intellectam vocem conlaudat et „esto
tam pia semper!“ ait. pietatis nomine dicto
demisit vultus sceleris sibi conscia virgo.
Noctis erat medium, curasque et corpora somnus
solverat; at virgo Cinyreia pervigil igni
carpitur indomito furiosaque vota retractat
et modo desperat, modo vult temptare, pudetque
et cupit, et, quid agat, non invenit, utque securi
saucia trabs ingens, ubi plaga novissima restat,
quo cadat, in dubio est omnique a parte timetur,
sic animus vario labefactus vulnere nutat
huc levis atque illuc momentaque sumit utroque,
nec modus et requies, nisi mors, reperitur amoris.
mors placet. erigitur laqueoque innectere fauces
destinat et zona summo de poste revincta
„care vale Cinyra causamque intellege mortis!“
dixit et aptabat pallenti vincula collo.
Murmura verborum fidas nutricis ad aures
pervenisse ferunt limen servantis alumnae.
surgit anus reseratque fores mortisque paratae
instrumenta videns spatio conclamat eodem

378 *Hist Apollon 2 p 4, 3sq Riese*²: mortis remedium mihi placet.

363 *sq* Myra r^2 ***M***, Myrra ***F*** ‖ consultaque qualem Optet habere ***e h*** ς *Plan vulgo,* consulta paternis Quem op/tet (or *eras*) habere ***M***, consultaque (quid optet *i r m 2,* ł qualem *sscr m 3*) habere ***N***, consulta quid optet Optet habere ***τ F l*** ‖ *evanida haec* (*pro* qualem *videtur fuisse* mirrha) *in* ***ϰ*** ‖ Uellet habere ***μ*** ‖ Optat ς 365 non (in *add m 2*)tellectam ***μ*** 367 D(e *ex* i)misit ***M***, Dimisit ***l R*** 368 curas(que *om*) ***p*** ς 369 cinireia ***M***, cynireia ***F***, cynereia ***τ***, cinareia ***h*** ‖ igne ***τ F h l*** ς 371 captare *cMedic* 372 quod agat ***l*** *ccBerol JunRhenov Hs vulgo olim* 374 in dubi o^2 est ***F*** ‖ aperte (*corr m 2*) ***M*** ‖ et ab omni parte *cMedic* ‖ parte minatur *cMoreti* 375 Sic auis uario ***μ*** ‖ animus dubio ***e*** ς ‖ mutat (uel *sscr* ***μ***²) ***μ R*** 376 atque (illuc *i l m 3*) momenta(que *om*) ***F*** ‖ monitaque ***ϰ*** ‖ utrimque ***e*** ς 377 Non (*corr*) modus ***μ*** ‖ et requies ***N F ϰ τ*** ς* ***ω*** *Jahn,* aut requies ***n*** ς *Hs vulgo olim,* nec requies ***M*** ‖ repetitur ***l*** ‖ amori *Hs* 380 Kare ***ϰ*** ‖ cinara ***M g***, cynira ***F l***, cynara 1^2 ***e*** ‖ causam te intellige ς *Gierig* 381 ut aptabat *Hs* ‖ squalenti vincula *Bothe,* patienti vincula *Merkel*² 383 fert̄/ (t̄ *ex corr m 2*) ***N*** ‖ alumnum (*coll IV 421*) *Hs* 384 *hic desinit* ***τ*** ‖ par(an *i r m 2*)tē/ ***N***, parantem ς

seque ferit scinditque sinus ereptaque collo
vincula dilaniat; tum denique flere vacavit,
tum dare conplexus laqueique requirere causam.
muta silet virgo terramque inmota tuetur
et deprensa dolet tardae conamina mortis.
instat anus canosque suos et inania nudans
ubera per cunas alimentaque prima precatur,
ut sibi committat, quidquid dolet. illa rogantem
aversata gemit; certa est exquirere nutrix
nec solam spondere fidem: „dic“ inquit „opemque
me sine ferre tibi: non est mea pigra senectus.
seu furor est, habeo, quae carmine sanet et herbis;
sive aliquis nocuit, magico lustrabere ritu;
ira deum sive est, sacris placabilis ira.
quid rear ulterius? certe fortuna domusque
sospes et in cursu est, vivit genetrixque paterque.“
Myrrha patre audito suspiria duxit ab imo
pectore; nec nutrix etiamnum concipit ullum
mente nefas aliquemque tamen praesentit amorem
propositique tenax, quodcumque est, orat, ut ipsi
indicet, et gremio lacrimantem tollit anili
atque ita conplectens infirmis membra lacertis

---

386 sciditque *N* ‖ scind. comas *cJunianus* 387 tunc denique *ccBerol et Dresd* ‖ uacauit ϰ *e* ς ω *vulgo*, u(ac *ex* et *m 2*)auit *M*, uąc$^{e\ t^2}$auit *N*, parabat *g*, parauit ς, uetauit e^2 *cett* ς *Plan* 388 Tunc dare *ccDresd et Senat* 389 Multa *F* 390 dolet atrę$^{ł\ tarde^3}$ con. ϰ, dolet ti(m *i r m 2*)et c. *N* 393 roganti (ł tem *sscr n*) *N* ς, precantem ς 394 Aduersata *μ* ς 395 solum *μ* 396 Me tibi ferre sine *F* ‖ mea non est *N* 397 quod carm. *M μ h e p* ω 398 *om* (*i mg m 3*) ϰ ‖ nocuit magico, lustrabere, ritu *distinx Vollmer* 399 dei *l* ‖ sive est ira deum *Hs vulgo olim* ‖ ira deum sive est, aris pl. *Capoferreus* ‖ placabilis ira *M Hs vulgo*, placabimus iram *cett* ω *Plan* 401 Sospes et in cursu est *ex ccBernegg Par et Spirens rec Hs vulgo*, S. et incursu est ϰ, Sospes it$^{\&^2}$ · incursu est *M*, Sospes$^{\wedge\ ab^2}$ // incursu est (i *i r dignoscitur*) *N*, ab incursu est (hostium *m 2*) genitrix paterque (uiuit *m 2*) *μ*, S. ab incursu est *X Plan* ω *Jahn* ‖ uiuunt ς* ς *VA Hs vulgo olim* ‖ genitrisque *M* 402 Mẏrra *M F* ‖ traxit ab ϰ ς 403 etiamnum *M h* ς *vulgo*, etiamnunc (*corr n*) *N F μ e l* ς ‖ concipit illud *g* 404 que *et* prae *om μ* ‖ aliquem tamen et *cZwiccav* ‖ praesensit *F h g ccGoth et Senat*, persensit *l*, praesenti(t *i r ex* s *m 2*) *N* 405 propositi quoque *μ* ‖ tena(x *ex corr m 2*) *F* ‖ quodcunque sit ς *Hs vulgo olim* 406 tollet (*corr m 2*) *N* 407 colla lacertis *p Hs*, nata (*ut sit vocativus*) lac. *cMedic Bothe*

„sensimus“, inquit „amas! sed et hic mea (pone timorem!)
sedulitas erit apta tibi, nec sentiet umquam
hoc pater.“ exsiluit gremio furibunda torumque
ore premens „discede, precor, miseroque pudori
parce!“ ait; instanti „discede, aut desine“ dixit
„quaerere, quid doleam! scelus est, quod scire laboras.“
horret anus tremulasque manus annisque metuque
tendit et ante pedes supplex procumbit alumnae
et modo blanditur, modo, si non conscia fiat,
terret et indicium laquei coeptaeque minatur
mortis et officium commisso spondet amori.
extulit illa caput lacrimisque inplevit obortis
pectora nutricis conataque saepe fateri
saepe tenet vocem pudibundaque vestibus ora
texit et „o“ dixit „felicem coniuge matrem!“
hactenus, et gemuit. gelidus nutricis in artus
ossaque (sensit enim) penetrat tremor, albaque toto
vertice canities rigidis stetit hirta capillis,
multaque, ut excuteret diros, si posset amores,
addidit, at virgo scit se non falsa moneri,
certa mori tamen est, si non potiatur amore.

419*sq Apul met X 3*: adlacrimans laciniaque contegens faciem voce trepida sic eum breviter ad fatur.

422 *Quintil Inst Or IX, 2, 64*: Est emphasis etiam inter figuras, cum ex aliquo dicto latens aliquid eruitur . . aliud apud Ouidium genus, apud quem Zmyrna [myrra *A*] nutrici amorem patris sic confitetur: ‘o, dixit, felicem coniuge matrem’.

---

408 amas sed et hic mea] *sic* (*cf Hermes XXXIX 47*) *scripsi* ‖ amas sed et i(n hoc *i r m 2*) mea *N*, amas et hunc mea *M*, amas: et nunc mea *R*, amas et ad hoc mea ϰ ς, amas et in hoc mea *X μ VA vulgo* ‖ si mea *i mg μ* ‖ sed in hoc *ccMedic et* Senat, an in hoc ς ‖ *ἐρᾷς. Ἀλλ' εἰς τοῦτο σοι ἡ ἐμὴ ἐπιμελεια (μόνον ἀπόθου τὸ δέος) ἐπιδέξιος ἔσται Plan* 409 erat (*corr*)—inquam (*corr*) *μ* ‖ sentiat ϰ 410 exil(i *ex* u *i r m 2*)it *N*, exiliit *μ* ς ‖ f(u *i r m 2*)ribunda *N* ‖ que *add* F^3 411 premens et disce$^{de^2}$ precor *F* 413 cur *vel* quod dol. ς 414 Orret *M* 415 suplex$^{p^2}$ *M* ‖ alumnos (*cf ad 383*) *Hs* 416 “si non “modo *h* 417 captaeque *F l g* ς 418 at officium ς *Bothe* ‖ officium recelato (*sic*, commisso *i mg*) *μ* ‖ confesso ς 419 (o *ex* a *i r*)bortis *M*, abortis ς* *μ cZwicc*, ab ortis *R* 421 pudibundis questibus ϰ *M* 423 Hact. ingemuit *cBersmanni* ‖ gelidus *N* ϰ *e* ς, gelidos *n cett ω Hs vulgo* ‖ at (*corr m 2*) artus *μ* 424 sentit ς ‖ pen. timor ς ‖ al(b *ex* u)aque *M* 425 rigidis *s l* ϰ ‖ hỳrta *F* 426 possit ϰ *cVratisl* 427 et virgo *Capoferreus* 428 c. tamen mori est *R* ‖ amato ς *R Hs vulgo olim*

„vive“, ait haec „potiere tuo“ — et, non ausa „parente“
dicere, conticuit promissaque numine firmat.
Festa piae Cereris celebrabant annua matres
illa, quibus nivea velatae corpora veste
primitias frugum dant spicea serta suarum
perque novem noctes Venerem tactusque viriles
in vetitis numerant. turba Cenchreis in illa
regis adest coniunx arcanaque sacra frequentat.
ergo legitima vacuus dum coniuge lectus,
nacta gravem vino Cinyram male sedula nutrix
nomine mentito veros exponit amores
et faciem laudat; quaesitis virginis annis
„par“ ait „est Myrrhae“. quam postquam adducere iussa est
utque domum rediit, „gaude, mea“ dixit „alumna:
vicimus!“ infelix non toto pectore sentit
laetitiam virgo, praesagaque pectora maerent,
sed tamen et gaudet: tanta est discordia mentis.
Tempus erat, quo cuncta silent, interque triones
flexerat obliquo plaustrum temone Bootes:
ad facinus venit illa suum. fugit aurea caelo
luna, tegunt nigrae latitantia sidera nubes:
nox caret igne suo: primus tegis, Icare, vultus

---

429 ait hoc p. ***e*** *ccSenat et Zwicc,* ait (et *eras,* haec *sscr*) p. ***μ*** ‖ tuo et non ***A*** *Merkel,* tuo non ***μ ς*** *VA vulgo olim* ‖ parentem ***l*** *et e coni Capoferreus* **430** numin(e *ex* i *m 2*) ***N***, numina ***ϰ M*** ‖ firmans ***M*** ‖ dicere, iurato promissaque numine f. *probante Burmanno* (*coll her 2, 23*) *cGronovii* **431** celebrant ait ***M***, cebebrarant ***F***, celebrarant *V* **432** Illa cui ***μ*** ‖ uelatae per corpora ***l*** ‖ tempora uitta *cGenev* **433** Primitię ***ϰ*** **434** que *prius om* ***μ*** ‖ viriles *om* ***ϰ***, uirorum ***M ς R*** **435***sq* uetit/s (o *eras*) ***M*** ‖ cencreis (scinareis *i mg* ***h***^{3}) ***h μ ς***, cenereis ***F g ς***, cinereis ***ς***, concreis ***l***, Cinyreis ***ς ω***, turbam cenchreis in illam—abit ***p ς*** ‖ in illa r. abest *ccPal et Rottendorph Hs vulgo olim* ‖ frequentant ***h*** **437** legitima est ***e p ς*** **438** cinirā ***M***, cy̆nirā ***F***, cyniram ***l*** ‖ sedula uirgo *R* **439** mutato *cBas* **441** ait esse (*corr m 2*) ***F*** ‖ quam *om* ***h*** ‖ p. ducere *unus Heinsianus* **443** Uincimus ***p ς*** ‖ toto corpore ***ς*** *Hs vulgo olim* ‖ sensit ***h*** *Plan VA* ‖ pectore mere(n *i r m 2*)t ***N***, ł sentit *sscr* ***n*** **444** Leticiam ***l*** ‖ pectora sentit ***N*** **445** Nec non et ***e***, sic tamen et *vel* flens tamen et *Hs* ‖ menti *idem* **446** trionem ***M*** ‖ septemque triones *cDresd*, infraque triones *Fuß* **447** plaustrum temone] *sic* ***A*** *ω vulgo,* temone plaustra (*cf II 177 VIII 41 XV 526 Leo Senec I 203 n. 4*) ***M***, “temone “plaustr(umque *et virgulae “ a m 2,* umque *i r,* plaustra *videtur fuisse*) ***N*** ‖ boetes ***M h*** **450** prim(o *ex corr*)s ***N***, primos ***e l g ς***, *ἐν τοῖς πρώτοις Plan* ‖ ikare ***ϰ***

Erigoneque pio sacrata parentis amore.
ter pedis offensi signo est revocata, ter omen
funereus bubo letali carmine fecit:
it tamen, et tenebrae minuunt noxque atra pudorem;
nutricisque manum laeva tenet, altera motu
caecum iter explorat. thalami iam limina tangit
iamque fores aperit, iam ducitur intus: at illi
poplite succiduo genua intremuere, fugitque
et color et sanguis animusque relinquit euntem.
quoque suo propior sceleri est, magis horret, et ausi
paenitet, et vellet non cognita posse reverti.
cunctantem longaeva manu deducit et alto
admotam lecto cum traderet „accipe“ dixit
„ista tua est, Cinyra!“ devotaque corpora iunxit.
accipit obscaeno genitor sua viscera lecto
virgineosque metus levat hortaturque timentem.
forsitan aetatis quoque nomine „filia“ dixit,
dixit et illa „pater“, sceleri ne nomina desint.
plena patris thalamis excedit et inpia diro
semina fert utero conceptaque crimina portat.

Postera nox facinus geminat, nec finis in illa est:
cum tandem Cinyras, avidus cognoscere amantem
post tot concubitus, inlato lumine vidit
et scelus et natam verbisque dolore retentis

---

451 Erigoneque tuos ϰ, E. tuoṣ (ł pio *sscr m 2*) *μ* 452 offen(s *ex* d *m 2*)i *F* 453 infandus bubo (*cf test ad V 550*) *Servius?* ‖ ferali *cGoth* ‖ dixit *cThuan* 454 tenebris minuit nox *cMenard* ‖ ut tenebrae *Hs* 455 tenet laeua *μ* ‖ altera tactu ϛ 456 Certum *ex* Cecum F^3 ‖ l(i *ex* u *per ras*)mina *M* 457 illic *Vollmer* 459 animumque *M* ϰ ‖ reliquit ϛ* *p* ϛ 460 propior *ex corr* (prior *fuit*) *m*, prop(i *i r m 2*)or *N* ‖ suo sceleri est propior *l* ϛ, suo sceleri propior est *e* ‖ est *om ccBerol et Rhenov, del Hs* ‖ aus(i *i r m 2*, a *fuit*) *O F*, ausa *l*, ausam ϰ 461 uel(l *add m 2*)et *M* ‖ uellet incognita *μ* 462 Contantem *RA* ‖ longae(ua *i r m 2*) *N* ‖ deduxit ϛ 463 Amotam *M* 464 est *add* l^2 ‖ cynira *M F*, cinara *g* ‖ pectora ϛ ‖ iungit ϛ 467 aetatatis (*sic*) *F* ‖ dixit *i r n*, dixıt$^{a^2}$ *M*, dicat *F* ϰ *l* ϛ 468 *i mg add n* ‖ dicat *F* ϰ *l* ϛ, dicat *utroque loco Hs vulgo olim*, dicit *cBerol Baumg-Crusius* 469 heccedit *ex corr* (excedit *fuit*) *n*, excedet ϰ, discedit ϛ ‖ duro$^{ł\ i^2}$ *e* 470 crimina fert—semina (*item* ϛ) portat *Burm* 471 Postera lux *cDresd* ‖ gemitat *l* ‖ illo est *e et i mg μ* 472 cyniras *F M l*, cinaras ϛ *Plan* ‖ auidıs^{v} *M* 473 (il *i r m 2*)lato *N*, allato ϛ

pendenti nitidum vagina deripit ensem.
Myrrha fugit tenebrisque et caecae munere noctis
intercepta neci est latosque vagata per agros
palmiferos Arabas Panchaeaque rura reliquit
perque novem erravit redeuntis cornua lunae,
cum tandem terra requievit fessa Sabaea;
vixque uteri portabat onus. tum nescia voti
atque inter mortisque metus et taedia vitae
est talis conplexa preces: „o siqua patetis
numina confessis, merui nec triste recuso
supplicium, sed ne violem vivosque superstes
mortuaque exstinctos, ambobus pellite regnis
mutataeque mihi vitamque necemque negate!“
numen confessis aliquod patet: ultima certe
vota suos habuere deos. nam crura loquentis
terra supervenit, ruptosque obliqua per ungues
porrigitur radix, longi firmamina trunci,
ossaque robur agunt, mediaque manente medulla
sanguis it in sucos, in magnos bracchia ramos,
in parvos digiti, duratur cortice pellis.
iamque gravem crescens uterum perstrinxerat arbor
pectoraque obruerat collumque operire parabat:
non tulit illa moram, venientique obvia ligno
subsedit mersitque suos in cortice vultus.

---

475 deripit *O F ς RV Hs*, diripit *ϰ μ g ς* A Jahn* 476 Myrra (*sic plerumque*) *M ϰ*, Mirra *F* ‖ que (*add* μ^2) *om μ ς*, *del Hs vulgo olim* ‖ ceęę *l* 477 est *om ccMoreti et Rhenov, del Hs vulgo olim* ‖ que *om l* 478 pantheaque *l* ‖ relinquit *M ς R Hs vulgo* 479 radiantis *p ς* 480 fessas abea *M* 481 bonus *M* 482 *i mg N* ‖ inter $\overset{r^2}{\text{m}}$otisque motumque et *M* 483 talis *ϰ*, tales *cett vulgo* ‖ exorsa preces *ς Hs vulgo olim* ‖ patent/ (i *eras*) his *M*, favetis (*488* favet) *in Bibl Diez 1075 Hs* 486 *om N, i l n* ‖ Mortuaue *cMedic* 487 negate necemque *μ* 488 Nomen *F* 489 nam plura loquenti *ς*, non plura loquenti *probante Burm p* 491 longe (*corr μ*) *M μ* ‖ firmamin(a *ex* e *m 2*) *F*, firmamine *l g cVratisl* ‖ trun(ci *i r*) *e* 492 *i mg N* ‖ robor *ϰ*, rubor (*corr m 2*) *F* ‖ media remanente *ς* 493 it in (*sed ex corr h*) *X ω vulgo*, init *O*, // it sucos (in *eras*) *ϰ* 494 dura$\overset{r}{\text{n}}$t *F*, rugatur *Hs* 495 per$\overset{x}{\text{s}}$trinxerat *ϰ ς R Hs vulgo*, perstringerat *M*, constrinxerat (*corr m 2*) *N*, praecinxerat *X Riese*^{2}, praestrinxerat (*fort recte*) *ς Jahn* ‖ arbos *Bothe* 496 pectora quae *M* ‖ obsuerat *Hs*, induerat *Burm* 497 uenienti//que *N* ‖ ouia *h*

quae quamquam amisit veteres cum corpore sensus,
flet tamen, et tepidae manant ex arbore guttae.
est honor et lacrimis, stillataque robore murra
nomen erile tenet nulloque tacebitur aevo.
At male conceptus sub robore creverat infans
quaerebatque viam, qua se genetrice relicta
exsereret; media gravidus tumet arbore venter.
tendit onus matrem; neque habent sua verba dolores,
nec Lucina potest parientis voce vocari.
nitenti tamen est similis curvataque crebros
dat gemitus arbor lacrimisque cadentibus umet.
constitit ad ramos mitis Lucina dolentis
admovitque manus et verba puerpera dixit:
arbor agit rimas et fissa cortice vivum
reddit onus, vagitque puer; quem mollibus herbis
naides inpositum lacrimis unxere parentis.
laudaret faciem Livor quoque; qualia namque
corpora nudorum tabula pinguntur Amorum,
talis erat, sed, ne faciat discrimina cultus,
aut huic adde levis, aut illi deme pharetras.

Venus et Adonis, Atalanta.

Labitur occulte fallitque volatilis aetas
et nihil est annis velocius: ille sorore
natus avoque suo, qui conditus arbore nuper,

519*sq Scholia in Pers sat II 2*: labentes dicit natura lubricos, ut Ovidius: Labitur occulte—et nihil est annis velocius'.

---

499 quanquam ϰ ‖ ueter(e *ex* i)s ***M F***, ueteris ϰ ‖ in corpore ς, cum cortice *R* 500 et (te *i r m 2*)pidae—arb. (guttae *i r m 2*) ***N*** ‖ ex corpore *vel* ex cortice *vel* de corpore ς 501 *i l* ***N*** ‖ e lacrimis *Merkel*² ‖ st. robore ϰ ***M p*** ς *R*, st. corpore ***n*** ς, st. cortice *cett vulgo* ‖ murra *Merkel*², myrra ***M h e***, mirra ϰ ***F n l***, Myrrha *R* 502 herile ***F*** ‖ nullique *ccStrozzanus et Berol Hs vulgo olim* 503 Et male ***F***, ut male *Waddel* ‖ sub cortice ς 505 Eximeret *vel* exueret *vel* extraheret ς 506 onus uentrem ς ‖ nec habent ς 507 *del post Capoferreum Bothe* ‖ rogari ς 508 nitenti/ (a *eras*) ***M*** ‖ creb(r *ex* o, os *postea add*) ***M*** 509 hum(et *i r m 2*) ***N*** 510 dolentis ***N*** ς *R Riese*¹, dolentes *cett vulgo* 511 A(d *add m 2*)mouitque ***M*** 512 fiss(o *ex* a) ***N***, fissa$^{o^2}$ ***e***, fisso ***g*** ς *R*, fixo ***p***, sisso *l*, scisso ς *VA* 514 Nai(y)ades ***F h e*** *μ ccDresd et Zwicc R* ‖ aluere (t unxere *sscr m 2*) ***e***, (u *ex* ti *m 2*)nxere ***N*** 515 qq̄ (= quoque, q̄ *i r m 2*) ***N*** 516 nud(o *ex* a)rum t. p. amo(rum *i r m 2*) ***N*** ‖ ponuntur *cFrancofurt Bach* 518 Haud huic ϰ ‖ leuis ϰ ***N***, leues ***n*** *cett vulgo* ‖ illi ***A RV*** *Merkel*, illi(s *add m 3*) ***F***, illis ς *A Hs vulgo* ‖ pheretras *μ* 519 uolubilis ς 520 estque nihil annis *ad Lucr p 28 Lachmann* ‖ ipse sorore ***g***

nuper erat genitus, modo formosissimus infans,
iam iuvenis, iam vir, iam se formosior ipso est,
iam placet et Veneri matrisque ulciscitur ignes.
namque pharetratus dum dat puer oscula matri,
inscius exstanti destrinxit harundine pectus;
laesa manu natum dea reppulit: altius actum
vulnus erat specie primoque fefellerat ipsam.
capta viri forma non iam Cythereia curat
litora, non alto repetit Paphon aequore cinctam
piscosamque Gnidon gravidamque Amathunta metallis;
abstinet et caelo: caelo praefertur Adonis.
hunc tenet, huic comes est adsuetaque semper in umbra
indulgere sibi formamque augere colendo
per iuga, per silvas dumosaque saxa vagatur
fine genu vestem ritu succincta Dianae
hortaturque canes tutaeque animalia praedae,
aut pronos lepores aut celsum in cornua cervum,

---

531 *Priscianus I 11*: his quidam addunt non irrationabiliter m et n, quia ipsae quoque communes faciunt syllabas post mutas positae . . . Ovidius in X metamorphoseon: Piscosamque Cnidon [Gnidon *libri fere omnes*] gravidamque Amathunta [amathunda *R*] metallis'. ‖ *ib II 12*: non solum ante l vel r, sed etiam ante m, ut supra docuimus, et n positae mutae faciunt communes . . . Ovidius: 'Piscosamque Gnidon [gnidum *R*, cnidon *D G L K*] gravidamque Amathunta metallis' ‖ *Mico De primis syll ed Manitius* (*Münchener Mus f Ph d Mittelalt I 1911, 174, 11sq*: Ovidius in decimo metamorfoseon 'Piscosamque cnidon grauidamque a. metallis'.

---

523 ipse est *e*, ipse ς **525** pharetatus ***F*** **526** ex tantis ***l***, ex tanti ***ϰ***, instanti ***e*** ‖ distrinxit ***μ g*** ς, defixit *ccDresd et Thuan*, obstrinxit ***R*** **528** er// (at *eras*) ***M*** ‖ specie/ primo(que *add m 2*) ***N*** **529** cytheria ***N***, cythareida ***F***, citareia ***h***, cytheria ***ϰ***, citharea ***μ***, cythareia ***g*** **530** non alio ***M*** ‖ Littora nec repetit alto ***h*** **531** piscosamve *Bentley* ‖ cnidon (*sed cf ad Catullum 36, 13 Friedrich*) ***ϰ*** *aliquot cc Prisciani A Ehwald* ‖ grauidamque (*cf Servius ad Aen II 37, ad Hor c II 12, 5 LMüller*) ***ϰ h e*** ς *Priscianus Jahn*, grauidam(que *add m 3*) ***F***, grauidam(que *i r m 2*) ***N***, grauidam ue ***M l*** *ccVratisl et Rhenov Hs vulgo* ‖ amatunta ***ϰ***, amathinta ***M***, ama(tun *i r m 2*)ta ***N*** ‖ metalli *ccGenev et Par Hs vulgo olim* **533** hic comes ***F*** **535** dum(o *ex* u)saque ***M***, cliuosaque ς ‖ dumos et saxa ς *VA* **536** Fine genu (ł usque głs curus *sscr* ***l***) ***M F l p*** ς *Korn*, Fine genus (*fort recte*) ***ϰ*** *frg Spir et e coni Hs*, Vsque genu ***h*** ς, Nuda genu (ł Vsque *sscr* ***e***²) *ex Aen I 320* ***μ e*** ς *RA vulgo olim*, Inde uenus (ł usque genus *sscr m 2*) ***N***, crure tenus *coni Hs*, Nysigenum *ad Cat p 221 IsVossius* **538** paruos lep. ς, pauidos lep. *Hs*

aut agitat dammas; a fortibus abstinet apris,
raptoresque lupos armatasque unguibus ursos
vitat et armenti saturatos caede leones.
te quoque, ut hos timeas, siquid prodesse monendo
posset, Adoni, monet, „fortis“ que „fugacibus esto“
inquit, „in audaces non est audacia tuta.
parce meo, iuvenis, temerarius esse periclo,
neve feras, quibus arma dedit natura, lacesse,
stet mihi ne magno tua gloria! non movet aetas
nec facies nec quae Venerem movere, leones
saetigerosque sues oculosque animosque ferarum.
fulmen habent acres in aduncis dentibus apri,
impetus est fulvis et vasta leonibus ira,
invisumque mihi genus est.“ quae causa, roganti
„dicam“, ait „et veteris monstrum mirabile culpae.
sed labor insolitus iam me lassavit, et ecce,
opportuna sua blanditur populus umbra,
datque torum caespes; libet hac requiescere tecum“
(et requievit) „humo“ pressitque et gramen et ipsum
inque sinu iuvenis posita cervice reclinis
sic ait ac mediis interserit oscula verbis:

544 *Vinc Bellov Spec hist VI 117*: ‘inter audaces non est audacia tuta’.
559 *Ecbasis Capt 725 Voigt*: ‘Sic ait, et mediis interserit oscula labris’.

539 damas ***F*** ‖ a *i r* ***n*** ‖ at fort. ς *A Hs*, aut f. ς *V*, sed f. ς 541 armen(ti *i r m 2*) ***F*** ‖ saturos e c. *ccLangerm et Med* 542 sed quid prode(s *i r*)se ***e*** 543 possit ς *Hs vulgo olim* ‖ *εἴ τι ἀνύσειν οἷα τέ ἐστι Plan* ‖ adona ***M***, adon ***ϰ p*** ‖ moneo ***ϰ***, monuit ***p*** 544 tutum *Hs* 547 Sed mihi ***e*** *Zwicc*, Stet tibi ***g*** *VA* ‖ ne damno ς 548 qu(i *i r m 2*, e *videtur fuisse*) uenerem ***N*** 549 saetiger(o *i r m 2*)sque ***N*** ‖ oculis animoque feroces *cBersm* 550 r² aces ***e*** ‖ acres et ad. ***ϰ O F l*** ς, ad. praeaduncis *Hs* 551 (f *ex* u *m 2*)uluis ***F*** 553 Disce, ait *Hs* ‖ et ueteris multum (monstrum *i mg m 1*) m. ***F*** ‖ mirabile ***ϰ M F h e*** ω, mirab(il *i r m 2*)e ***N***, mirabere ***l*** ς *Hs vulgo* ‖ *illud verum est; dicit enim poeta haec: ‘dicam causam et, id quod idem est, (ut sit* et *explicativum) monstrum mirabile culpae’* 554 en solitus ***M*** 555 Oportuna ***O ϰ l*** 556*sq sic distinguendum esse docui NJhbb 1893, 607*, ‘hac requiescere tecum’ . et requievit humo pressitque *vulgo* ‖ libet (h *add m 2*)ac ***M***, hic ***e*** 557 Et quieuit ***F*** ‖ pressitque (et *om*) ***N*** ‖ ipsam (*cf fast VI 332*) *l c conieci* c² ł ridens . splendens² 558 re(nidens, *ut videtur, paene evanidum i r m 2*) ***M***, reclinis (*fort m 1*) *i mg* ***M***, reclin(a *i r m 2*)ns ***N***, recumbens *vel* reclinans ς, recliuis ς ω, renidens (= ***m***) *Hs vulgo olim* 559 et mediis ***e*** *Ecb Captivi* ‖ osc. uerbis (*cf ars I 663*) ***n F²*** ***h e*** ς ω *vulgo*, oscula labris (*recte? cf am III 14, 23*) ***O F ϰ l*** ς *Ecb Capt*, osc. umbris *cLeid Voss 51*

„Forsitan audieris aliquam certamine cursus
veloces superasse viros. non fabula rumor
ille fuit (superabat enim), nec dicere posses,
laude pedum formaene bono praestantior esset.
scitanti deus huic de coniuge „coniuge“ dixit
„nil opus est, Atalanta, tibi: fuge coniugis usum!
nec tamen effugies teque ipsa viva carebis“.
territa sorte dei per opacas innuba silvas
vivit et instantem turbam violenta procorum
condicione fugat, „nec sum potienda, nisi“ inquit
„victa prius cursu. pedibus contendite mecum!
praemia veloci coniunx thalamique dabuntur,
mors pretium tardis: ea lex certaminis esto!“
illa quidem inmitis, sed (tanta potentia formae est)
venit ad hanc legem temeraria turba procorum.
Sederat Hippomenes cursus spectator iniqui
et „petitur cuiquam per tanta pericula coniunx?“
dixerat ac nimios iuvenum damnarat amores;
ut faciem et posito corpus velamine vidit,
quale meum, vel quale tuum, si femina fias,
obstipuit, tollensque manus „ignoscite“, dixit
„quos modo culpavi! nondum mihi praemia nota,
quae peteretis, erant.“ laudando concipit ignes
et, ne quis iuvenum currat velocius, optat
Invidiamque timet. „sed cur certaminis huius

---

560 Fo(r *ex* n *m 2*)sitan — cursu/ (s *eras*) ***M*** ‖ audieras ***ϰ ς*** **561** superare (ł asse *sscr* e^2) ***e μ p ς*** ‖ rubor (*corr* ***μ*** F^2) ***μ F*** **562** snperauit ***g*** ‖ posses ***N l ς*** *Hs vulgo*, possis ***ϰ M F e h ς ω*** **563** forma/ne bona ***e***, formane bona ***ς*** ‖ formaeue ***h*** **564** Quaerenti *cMenardi* ‖ coniuge *alterum i mg add* μ^2 **565** Non opus ***ς*** ‖ athlanta ***F l***, athalante ***e μ***, athalata ***h***, Atlanta *R* **566** Non tamen ***ς*** **568** Ibat et *cMedic Bothe*, Iuit et ***g*** ‖ instantum *Hs* ‖ uiolente (condicione *sc*) *Faber* **569** potiunda ***n h e ς*** *vulgo* **573** est *om* ***μ ς*** *VA* ł Hic erat^2 **574** in hanc *cBerol* **575** Sed erat ***ϰ N F l***, Sederat ***e***, Uenerat ***ς*** ‖ hyppo-$_{e^2}$menes ***ϰ***, yppomenes ***M***, ypomenes ***h***, hipomemes ***μ***, ipomenę ***l***, hypomąnes ***e*** **577** at nimios ***e*** ‖ condem(p)nat *vel* damnauit ***ς***, damnabat *R* **578** corpus posito ***e*** **580** Obstipuit ***M*** *Merkel*, Obst(u *ex* i *m 2*)puit ***N***, Obstupuit *cett vulgo olim* **581** culpauiṭ ***M*** ‖ praemia mihi nota ***μ*** **582** peter(e *ex* i)tis ***l*** ‖ ignes ***O ϰ p ς*** *R Merkel*, ignem ***X*** *VA vulgo olim* **584** Sed cur — hospes (*597*) *del Merkel*^{2} ‖ Inuidiamque ***A*** *Plan* ***ω***, Inuidiaque *'margo ed Gryphianae ex vetere libro' et e coni Micyllus, vulgo* ‖ Inuidiamque *verum est. nam 'qui laudabant aut se aut alios, Nemesim, Adrasteam, Invidiam aut sibi aut aliis*

intemptata mihi fortuna relinquitur?‘“ inquit
„„audentes deus ipse iuvat!‘“ dum talia secum
exigit Hippomenes, passu volat alite virgo.
quae quamquam Scythica non setius ire sagitta
Aonio visa est iuveni, tamen ille decorem
miratur magis: et cursus facit ille decorem.
aura refert ablata citis talaria plantis,
tergaque iactantur crines per eburnea, quaeque
poplitibus suberant picto genualia limbo;
inque puellari corpus candore ruborem
traxerat, haud aliter, quam cum super atria velum
candida purpureum simulatas inficit umbras.
dum notat haec hospes, decursa novissima meta est,
et tegitur festa victrix Atalanta corona.
dant gemitum victi penduntque ex foedere poenas.
Non tamen eventu iuvenis deterritus horum
constitit in medio vultuque in virgine fixo

---

metuebant et eius pacem invocabant' Boissonade, cf Catullum 66, 71 ‖ Inuidiamque tenet ς, invidiaque timens *Hs*, invidiaque tumet *Burm* ‖ cur *i l add* ***F***^{3} 586 Audaces *vel* Audacem ς ‖ deus *i r* ***F*** 587 ipomenes ***F***, hypomenes ***μ***, ypomenes ***l***, hypomanes ***e*** 588 scitica ***M***, sithia ***l***, sithica ***μ h***, sithya ***l*** ‖ non segnius ς* ***μ g*** ς *RV vulgo olim* ‖ nec segnius ire *i r* ***F***^{2} 589 Xoni/co (æ *vel* & *eras*) ***M***, Axonio ***ϰ*** ‖ decorem ***M ϰ*** ς *R vulgo*, decor(is *i r m 2*) ***N***, em *adscr (m 3)* ***n***, decoris ***X*** *VA Dan Heinsius* 590 *om* (*i mg add m 2*) ***M*** ‖ Miratur magis et ***N ϰ m*** ς *R vulgo*, *τὸ κάλλος ἐθαύμαξε καὶ γὰρ οὖν Plan*, Mirator magis est ***X*** *DanHeinsius* ‖ Mirator magis est et cursus *VA* ‖ ille decorem ***A*** *R Merkel*, ille decoram ***μ***, ipse decorem ς *VA vulgo olim*, *αὐτὸς ὁ δρόμος Plan* 591 ablata ***ϰ*** ς *VA Merkel* ‖ (a *ex* o *m 2*)blata ***M*** o *ex corr m 2*)blata ***N***, allata ***p***, oblata ***X*** *R vulgo olim* ‖ planctis ***N*** ‖ aura replet vibrata (*coll I 528*) *Korn* 592 Collaque ς *R* 593 Poblitibus ***F g*** ‖ suberant *i mg add* ***h***, su(b *ex* p *m 3*)erant ***F***, superant ***ϰ l*** ‖ (l *i r*)imbo gen. picto ***e*** 594 corpus *bis* ***F*** 595 hau(d *ex* t *m 2*) ***F*** 596 simulatas inficit umbras] *sic* (*nisi quod* similatas *est in* ***M***) ***M μ*** *Hs vulgo*, similem dat *i mg* ***μ***^{2} ‖ similis dat inficit umbras ***ϰ***, sim(u *altera pars huius litt i r m 2*)l edat et inficit umbram ***F***, simul edit (edat ***l***) et inficit umbram ***l*** *cBernegg* ς, simil(em *ex* i *m 2*) dat (et *i r m 2*) i. umbram ***N***, similem dat et inficit umbram ***h e*** ς *ω Jahn*, simul et dat et inficit umbram ς ‖ simīl dat *Ben* ‖ similem dat et efficit *cDresd* ‖ simulacra infecit et umbras *in Allg Litzg 1810 Suppl No 84 vir doctus* ‖ quam olim super a. v. Candida p. simul additur, inicit umbras *p 111 Bothe* 597 nou. nota est ***ϰ*** 598 ụesta ***F*** ‖ athlantę ***l***, athlanta ***h***, athlante ***e*** 599 pendentque ***l*** ‖ que *om* ***μ*** ‖ ex (f *i r m 2*)edere ***N*** ‖ ponas ***F*** 600 Nec tam. *ccBersm et Goth* ‖ iuuenum (ł nis *sscr* ***e***^{2}) ***F*** ς* *VA vulgo olim* ‖ perterritus ς

„„quid facilem titulum superando quaeris inertis?
mecum confer!“ ait. „„seu me fortuna potentem
fecerit, a tanto non indignabere vinci:
namque mihi genitor Megareus Onchestius, illi
est Neptunus avus, pronepos ego regis aquarum,
nec virtus citra genus est; seu vincar, habebis
Hippomene victo magnum et memorabile nomen.“
Talia dicentem molli Schoeneia vultu
adspicit et dubitat, superari an vincere malit,
atque ita „„quis deus hunc formosis“ inquit „„iniquus
perdere vult caraeque iubet discrimine vitae
coniugium petere hoc? non sum, me iudice, tanti!
nec forma tangor (poteram tamen hac quoque tangi),
sed quod adhuc puer est: non me movet ipse, sed aetas.
quid, quod inest virtus et mens interrita leti?
quid, quod ab aequorea numeratur origine quartus?
quid, quod amat tantique putat conubia nostra,
ut pereat, si me fors illi dura negarit? —
dum licet, hospes, abi thalamosque relinque cruentos!
coniugium crudele meum est. tibi nubere nulla
nollet, et optari potes a sapiente puella. —

602 *Carm epigr 342, 2*: dumque tibi titulum quaeris.

602 inert(e *ex* i *m 2*)s ***M***, inertes *cett vulgo* **603** *Ἐμοὶ συνενέχθητι Plan*, mecum confertor *inde Boissonade*, te mihi confer *Hs* **605** megares ***F***$^{u^2}$, mecareus ***ϰ***, metarei filius *in L* ***N*** ‖ anchestius ***h***, ochetius ***μ***, achestius ***g***, orestius ***ς*** ‖ *post* Onchestius *primus incidit Micyllus, post* Megareus *alii* ‖ *Μακαρεὺς, ἐκείνῳ δ' Ἀχέστιος, πάππος δὲ Ποσειδῶν Plan*, Macareus: Acestius illi *inde Regius*, Megareus, Onchestus, at illi *A* **606** Neptunnus *RV* **608** Hỳppomene ***M F*** ‖ uict(i *ex* o *m 2*) magn^{-2}/ (= magnum, i *eras*) ***M***, uict(o *ex* u) ***l*** **609** Schoeneia ***ς*** *A vulgo*, Scaeneia *V*, *ἡ Σχοινέως κόρη Plan*, coeneia ***M ς***, ceneia ***N F h l μ g R***, cęneya ***e p*** ‖ mollis coeneia virgo ***ϰ*** **610** mallit ***M*** **611** quis (deus *add m 2*) hunc (iuuenem *i r m 2*) male dixit i. ***N*** ‖ formosum ***ς*** ‖ dixit iniquus ***ς*** ‖ hunc formis tam, dixit, iniquus *Hs* **612** discrimina ***M*** **613** perdere hoc ***N*** **614** Non forma ***e*** ‖ tamen *i r* ***n*** ‖ h(a *ex corr*)c quoque ***h***, hoc quoque ***ϰ F e l*** ‖ quoque tanti ***ϰ*** ‖ Spectat eum virgo uincique an uincere mallet *post 614 in textu* ***F h l*** **615** Quid? quod adhuc *ccArgent et Moreti Hs vulgo olim* ‖ ipse sed (et his *i r m 2*, etas *videtur fuisse*) ***M*** **616** uirtus (et *om*, mens *i r m 2*) ***μ*** ‖ non territa lethi *cMenardi* (**617** Quiqdue (*sic*, Quidque *scriba videtur voluisse*) quod equorea n. orrigine ***l*** ‖ ab *om* ***F*** ‖ aequoreo n. ordine ***h*** **618** tantique pugnat ***l*** **619** sors ***F ς*** ‖ dira ***ς*** ‖ negabit ***μ*** **621** crudele *i r* ***μ***^{2} **622** Nollet ***ϰ M F e l*** *Plan ω*, Nolet ***N h ς*** *Hs vulgo* ‖ potes/ (t *eras*) ***M***

cur tamen est mihi cura tui tot iam ante peremptis?
viderit! intereat, quoniam tot caede procorum
admonitus non est agiturque in taedia vitae! —
occidet hic igitur, voluit quia vivere mecum,
indignamque necem pretium patietur amoris?
non erit invidiae victoria nostra ferendae.
sed non culpa mea est! utinam desistere velles,
aut, quoniam es demens, utinam velocior esses!
a! quam virgineus puerili vultus in ore est!
a! miser Hippomene, nollem tibi visa fuissem!
vivere dignus eras. quodsi felicior essem,
nec mihi coniugium fata inportuna negarent,
unus eras, cum quo sociare cubilia vellem.'"
Dixerat, utque rudis primoque cupidine tacta,
quid facit, ignorans, amat et non sentit amorem.
Iam solitos poscunt cursus populusque paterque,
cum me sollicita proles Neptunia voce
invocat Hippomenes „Cytherea'" que „conprecor, ausis
adsit'" ait „nostris et quos dedit, adiuvet ignes!'"
detulit aura preces ad me non invida blandas:

---

623 cura sui tot (iam *i r m 2*) ante perempt(i *i r m 2*, a *videtur fuisse*)s ***N*** ‖ peremptos *R* 624 Uiderat(i *sscr* ***F***) ***M F*** ‖ Uiderit an pereat ***g***, Uiderit interea *ed Bas et marg Gryph Glareanus* 625 Ammonitus ***M RV***, Attonitus *ccBas et Dresd* 626 uoluit² uetuit ***M***, uouit ς ‖ qui uiuere ***M*** ϰ ***p*** 628 ferenda ***N*** ς 629 '*lege* num *vel* nec' (*cf Bibl Diez 1076*) *Hs* 630 A/t quoniam ***M***, At qu. ***μ*** ‖ quoniam et demens ***F l***, quoniam est ea mens *Waddel* 631 632 A! quam *et* A miser *scribendum esse cum* ***N*** *demonstravi NJhbb 1894, 785* ‖ Ah quam—Ah miser ***X n*** *ω Jahn*, Hā quam—Hā miser ***μ***, At quam—A! miser ϰ ***M*** ς *Hs vulgo* ‖ hypomene ***l***, hyppomene ***M***, hypomane ***e***, ypomene ***h*** ‖ fuisse ς *R* ‖ *inde ab v 632 multa, ut evanida, in pagina extrema legi non possunt* ϰ 634 negassent ***p*** 635 conubia ***μ*** ‖ cubilia possem ς *Hs vulgo olim* 636 rudi ***e*** 637 Quid facit (*cf Glotta III 1, 5 Kroll et ad h l et in ed exeg Ehwald*) ***O X R*** *Merkel*, Quid //cti ϰ, Quod facit ς *VA Burm vulgo olim*, quidque agat *Hs*, quid factum *Merkel*, quid velit (*coll IX 526*) *GNick*, quid facti *Rappold*, dissidet ign. *Korn*, quid sciat *Class Rev XXIII 249 Slater* ‖ ignorat ***μ***, iguora (t *i r m 2*) ***N*** ‖ sentit amores ***N***, sentit amantem orem² ***F*** 638 cursus materque paterque ***μ*** ‖ populique ***p*** 639 Neptunnia *RV* 640 hypomenes ***M***, hipomenes ***h***, hypomanes ***e*** ‖ Cythereaque conprecor] *sic* ***e*** ς *Loers*, cytheriaque ***M***, Cythereiaque *R*, citherea(que *om*) *V*, citereia ***h***, cith(e *ex* a)ria ***μ*** ‖ ci(y)thereia comprecor ***N l*** ς *vulgo olim* ‖ cum precor ϰ, cōprecor ***M F h*** ‖ cytheream comprecor ς *A*, cythereia nunc pr. *ccGronov et Voss*, cythereia te pr *cLeid* 641 Assit ***M h*** ς, Adsis *ex* Adii ***μ***

motaque sum, fateor. nec opis mora longa dabatur.
est ager, indigenae Tamasenum nomine dicunt,
telluris Cypriae pars optima, quam mihi prisci
sacravere senes templisque accedere dotem
hanc iussere meis. medio nitet arbor in arvo,
fulva comas, fulvo ramis crepitantibus auro:
hinc tria forte mea veniens decerpta ferebam
aurea poma manu nullique videnda nisi ipsi
Hippomenen adii docuique, quis usus in illis.
Signa tubae dederant, cum carcere pronus uterque
emicat et summam celeri pede libat harenam.
posse putes illos sicco freta radere passu
et segetis canae stantes percurrere aristas.
adiciunt animos iuveni clamorque favorque
verbaque dicentum: „„nunc, nunc incumbere tempus!
Hippomene, propera! nunc viribus utere totis!
pelle moram, vinces!““ dubium, Megareius heros
gaudeat an virgo magis his Schoeneia dictis.

---

644 (*Lact Plac*) *Argum X fab XI*: ex Amaseno [ex damaseno ϰ, ex demaseno *N*, e tamaseno (? *vix legi possunt*) *M*] agro, qui est in insula Cypro [qui—Cypro *om O* ϰ], ei tria mala aurea donavit.

---

643 opi *Hs* **644** indig(e *ex* i *m 2*)ne ***F*** ‖ Tamasenum *post Heinsium* ('*lege* Tamasenum *cum Isaaco Vossio' in Bibl Diez 1075 Hs*) *et Boissonadium Merkel*[2], damasenum ϰ ***M F h e g*** μ ς *V*, dama/senum ***N***, damascenum ***l*** *Plan R*, amasenum ς, Damaseum *A*, Tamaseum *post Farnabium Hs vulgo olim* ‖ Tamaseno agro *in L* ***M***, demaseno a. *in L* ***N*** **645** cipreae ***h*** ‖ quem mihi ς *Hs vulgo olim* ‖ mihi primi ***F*** **647** uiret arbor ς ‖ in auro ϰ **648** comas (*cf XI 47*) ϰ[2] ***n*** ς *A* ‖ coma ***O*** ϰ ***h*** *R*, comam ***F e l*** *V vulgo*, coma/(m *eras*) μ ‖ fuluor amis ***M*** ‖ comas ramis nitido *cDresd* ‖ radiantibus ς **649** meo iuveni *ConstFanensis*, mea iuveni *Hs*, forte mea *coniungit* (*coll Aen I 377*) *Bothe* ‖ decepta ***F*** *Bothe* **651** Ypomenen ***h***, hypomanen ***e*** **653** summa celeris (uelox *sscr* ***m***) pendebat (h *add* ***m***)arena ***M*** *ccBonon et Medic*, summa sceleris pendebat harena *R* ‖ libet (*corr m 2*) arenam ***N***, hareram[n1] ***F***, ar(e *ex* a)nam[h] μ **654** illo(s *add m 2*) ***e*** ‖ celeri freta ς ‖ laedere ***M***, r(a *i r m 2*)dere ***N*** **655** stantis *R* ‖ percutere ***h*** ‖ haristas μ **657** nunc *prius s l add* ***m*** ‖ nunc nunc (intemp *virgula deletum*, incumbere tempus *adscr m 3*) ***F*** **658** hypomene ***h*** hypomane ***e*** **659** dubium est ***e*** ς ‖ megareus ***h***, ὁ *Μαχάρειος Plan* **660** (Ga *i r m 2*)udiat[θ2] ***N***, Audiat ***M*** ‖ magis hos ***M*** ‖ magis *i mg* ***h*** ‖ Schoeneia ς *A*, ἡ *Σχοινεία Plan*, coeneia ***N***, concheia ***M***, ceneẏa ***F***, cheneia ϰ ***h***, cen/eya ***e***, ceneia ***l*** *RV*, ceneida μ ‖ dicti/s (u *fuit*) ***M*** ‖ hoc—dicto *praef ed Riese*

o quotiens, cum iam posset transire, morata est
spectatosque diu vultus invita reliquit!
aridus e lasso veniebat anhelitus ore,
metaque erat longe: tum denique de tribus unum
fetibus arboreis proles Neptunia misit.
obstipuit virgo nitidique cupidine pomi
declinat cursus aurumque volubile tollit.
praeterit Hippomenes! resonant spectacula plausu.
illa moram celeri cessataque tempora cursu
corrigit atque iterum iuvenem post terga relinquit,
et rursus pomi iactu remorata secundi
consequitur transitque virum. pars ultima cursus
restabat, „„nunc“ inquit „„ades, dea muneris auctor!““
inque latus campi, quo tardius illa rediret,
iecit ab obliquo nitidum iuvenaliter aurum.
an peteret, virgo visa est dubitare: coegi
tollere et adieci sublato pondera malo
inpediique oneris pariter gravitate moraque;
neve meus sermo cursu sit tardior ipso,
praeterita est virgo: duxit sua praemia victor.

Dignane, cui grates ageret, cui turis honorem
ferret, Adoni, fui? — nec grates inmemor egit
nec mihi tura dedit! subitam convertor in iram;

---

662 Spectandosque *μ* 663 e lasso *O ϰ m ς*, a lasso *F ς* g ς ω* ‖ hanelitus *μ* 664 cum denique *ϰ* 666 Obstipuit *M Riese*, Obst(u *i r m 2*)puit *N*, Obstupuit *ϰ X ω vulgo* 667 uolabile$^{u^2}$ *F* 668 hỳppomenes *F*, hypomanes *e* 669 que *om μ* 670 corripit *g* ‖ terra (terga *sscr m 2*) *M* ‖ reliquit *h l p μ ς* 671 Et ru(s *ex* r *m 1*)rus *F* ‖ raptu *ς* ‖ iacturae morata *μ* ‖ remota (*corr m 2*) *N*, reuocata *cAmbros* 673 dea numinis *ϰ M*, dea L(i *ex* u *m 2*)minis *N* 675 iuuenaliter *M F l Merkel*, iuueniliter *F*^{2} *cett ω vulgo* 676 coegi/ (t *eras*) *M* 677 adieci/ (t *eras*) *M* 678 Impedi^{a}tique honeris quaeritur grauitate *M* 679 sit longior *ς* ‖ illo *ς Hs* 681 Dignane cui g. *ς Plan VA vulgo*, Digna ne/ cui g. *ex* Digna nec ut g. *per ras N*, Digna ne/ (c *eras*) ut g. *F*, Digna · nec ut g. *M l*, Digna ne (c^{i} *i r m 2*) grates *h*, Dignaque cui g. *ς*, Digna nec ut g. *cett R* ‖ turis odores (*cf Bibl Diez 1072*) *Hs* 682 Ferret adon su/p/ē/ (p ē *i r ex corr*) *M*, Ferret adon monuit *ϰ*, F. adon(i fui *i r m 2*) *N* ‖ /egit *N* 683 tura tulit (*coll 682* ferret) *Burm* ‖ subitam conuertor *e* ‖ subita c. in ira *ϰ*

contemptuque dolens, ne sim spernenda futuris,
exemplo caveo meque ipsa exhortor in ambos.
Templa, deum Matri quae quondam clarus Echion
fecerat ex voto, nemorosis abdita silvis,
transibant, et iter longum requiescere suasit.
illic concubitus intempestiva cupido
occupat Hippomenen, a numine concita nostro.
luminis exigui fuerat prope templa recessus,
speluncae similis, nativo pumice tectus,
religione sacer prisca, quo multa sacerdos
lignea contulerat veterum simulacra deorum.
hunc init et vetito temerat sacraria probro.
sacra retorserunt oculos, turritaque Mater
an Stygia sontes dubitavit mergeret unda:
poena levis visa est; ergo modo levia fulvae
colla iubae velant, digiti curvantur in ungues,
ex umeris armi fiunt, in pectora totum
pondus abit, summae cauda verruntur harenae.
iram vultus habet, pro verbis murmura reddunt,
pro thalamis celebrant silvas aliisque timendi
dente premunt domito Cybeleia frena leones.
hos tu, care mihi, cumque his genus omne ferarum,
quod non terga fugae, sed pugnae pectora praebent,
effuge, ne virtus tua sit damnosa duobus!“

---

684 Contemnique *ccHamb et 2 Medicei Hs vulgo olim* 685 ipsam ϰ *N e g* ς 686 matris *e* ‖ magnus ech. ς ‖ ethion *h* 687 addita *M* 688 longom *M* 689 Illinc *R* ‖ libido *μ* ς 690 hypomanen *e* ς, yppomenen *h* ‖ iam numine *l* ς, et a numine *VA*, et numine *ConstFanensis* 691 Numinis *M*, L(i *ex* u *m 2*)minis *N*, Liminis *ex* Numinis *μ*, Liminis (ł u *sscr* e^2) *e l* ς ‖ suberat *olim conieci* 693 Relligione ϰ *RA* ‖ sacra (*corr*) *l* ‖ uota sacerdos (*cf VII 593*) *N cMedic*, uitta sac. ϰ 695 Huc (ad *ex corr*)iit et *h* ‖ stupro ς 696 oculos (et *add m 2*) territa/ (que *eras*) m. *N* 697 *sic* (sontis *R*) *X ω*, Ad stigias undas d. mergere sontes *M*, Ad (an *N*) stigias sontes d. mergere in undas (unda ϰ) ϰ *N*, An stigiis (Ad stigias *s l*) s. d. mergeret undis *μ* ‖ stigiis — undis *p* 698 uisa leuis est *N* ‖ visa est. tergum et modo *Hs* 699 uolant (*corr m 2*)—ungue (s *add m 2*) *N* 700 fiant impectore *M* 701 uertuntur (runtur *sscr* F^2) *F h l*, ueruntur (r *sscr m 2*) *N μ* 702 reddit *h* 703 timendi/ (s *eras*) *l* 704 cibelegia *l* 705 care puer *cArgent* 706 quod—praebent *scripsi* (*cf fast IV 215*) *cum N* ϰ *h*, quod—praebet *M F l g ω Merkel*, quae—praebent *n e* ς *Hs vulgo olim* ‖ qu(e *i r m 2*, d *sub ras dignoscitur*) non *N* ‖ Quae non t. fugae, sed dant sua p. pugnae *unus Heinsianus* 707 dampnosa (*sic saepe*) *F l* ‖ *hic desinit* ϰ

Illa quidem monuit iunctisque per aera cygnis
carpit iter, sed stat monitis contraria virtus.
Forte suem latebris vestigia certa secuti
excivere canes, silvisque exire parantem
fixerat obliquo iuvenis Cinyreius ictu.
protinus excussit pando venabula rostro
sanguine tincta suo trepidumque et tuta petentem
trux aper insequitur totosque sub inguine dentes
abdidit et fulva moribundum stravit harena.
Vecta levi curru medias Cytherea per auras
Cypron olorinis nondum pervenerat alis:
agnovit longe gemitum morientis et albas
flexit aves illuc, utque aethere vidit ab alto
exanimem inque suo iactantem sanguine corpus,
desiluit pariterque sinum pariterque capillos
rupit et indignis percussit pectora palmis
questaque cum fatis „et non tamen omnia vestri
iuris erunt“ dixit, „luctus monimenta manebunt
semper, Adoni, mei, repetitaque mortis imago
annua plangoris peraget simulamina nostri;
at cruor in florem mutabitur. an tibi quondam
femineos artus in olentes vertere mentas,

---

708 signis c^2 *M*, c(*y i r m 2*)gnis *N*, cignis *F* 709 sed *om M* 710 suem *h e* ς *ω*, suis (*corr* F^2) *M F l μ*, su(em *i r m 2*) *N* 711 par(a *i r m 2*)ntem *N* 712 oblico *l* ‖ Cinyreius ς *R A vulgo*, cinereius *M h l*, cynireius *i r e*, cyreneius *F*, ciu(a *i r m 2*)reius *N*, cynareius *g*, *Κινύρειος Plan* 713 curuo *vel* patulo ς 714 et tecta ς 715 tortosque ς 716 Addidit *M l* 717 cythereia *M*, cythaṛia o^1 *F*, cithereia *l* 718 Cyprō /olorinis (h *eras*) *M*, C. olori(nis *i r m 2*) *N* ‖ Chytron *Philol XXX 682 Bergk* ‖ penetrauerat *cBas et mg Gryph*, pervaserat *Polle* 719 Cognouit ς ‖ gemitus ς *R* ‖ linguae gemitum *Hs* 720 Flectit *cDresd* ‖ que *om μ* 721 Exanimē// (nque *eras videtur*) *M*, semanimem *Hs*, semianimem *Bentley* 722 D(is *i r m 2*, ł de *sscr m 3*)siluit *N*, Desiliit ς ‖ partimque *bis e* ‖ sinus ς 724 fatis (est *inser m 2*) *F* ‖ et non tamen *N F* ς* *μ* ς *ω*, est non t. *M*, at non t. ς *Plan vulgo*, sed non t. *Korn* 725 erunt inquit ς *Hs*, eī dix̄ *h* ‖ monumenta ς *RV vulgo olim* ‖ manebant *h* 726 adoni meo *M l Mscr BSant 148e*, me(i *i r m 2*) *N* ‖ repetitaque *M X n ω vulgo*, rediuiuaque (*fort recte, cf quae dixi Hermes XXXIX 48sq*) *N cMedic*, recidivaque *Hs* 727 referet *ccArgent et Par* 728 Et cruor *F e l* 729 Femineus o *M* ‖ mentas (*cf VIII 663*) *N l* (*item in L M*) *Ehwald*, menthas *cett vulgo*, minthas *Const Fanensis*

Persephone, licuit: nobis Cinyreius heros
invidiae mutatus erit?“ — sic fata cruorem
nectare odorato sparsit; qui tactus ab illo
intumuit sic, ut fulvo perlucida caeno
surgere bulla solet, nec plena longior hora
facta mora est, cum flos de sanguine concolor ortus,
qualem, quae lento celant sub cortice granum,
punica ferre solent; brevis est tamen usus in illo;
namque male haerentem et nimia levitate caducum
excutiunt idem, qui praestant nomina, venti.’

---

730 Cinyreius ς ω *vulgo*, cinereus ***M***, cynereius ***N***, cyn$^{i^2}$ęreius ***e***, cyreneius ***F***, cireneius ***l***, ci(y)nareius ***h g***, cithareius ***μ***, *τὸν Κινάρειον ἥρωα Plan* **731** Inuidia ***M*** **732** sparsit ***O*** ς ω *Jahn*, spargit ***F*** ς* ς *Hs vulgo olim* ‖ tractus ***M***, tinctus *Housman* **733** sic ut fuluo perlucida ***O X*** *Plan* ω *Ehwald*, fuluo sicut perl. *R*, sic̄ (pluuio *i r m 2*) p. ***F***, s. ut pł^{fluuio}uuio p. ***g***, sic ut pluuio p. ς *Hs vulgo olim* ‖ caeno *apud Pollium Merkel*, caelo ***A*** ω *vulgo*, aheno *Vollmer* **734** Spargere ***M l***, S(u *i r m 2*)rgere ***F*** ‖ so(l *i r*, n *videtur fuisse*)et—ora ***M*** **735** concolor exit *unus Heinsianus* **736** Qualem (que *i r m 2*) ***N*** ‖ cortice *i r* ***F***^{2}, uertice ς ‖ grana ς ‖ quae lento celantur cortice, grana Punica f. s. *Hs* **737** bre$^{v^2}$bis ***N*** ‖ unus (uirtus *sscr m 2*) ***M*** **738** minua ***μ*** ‖ grauitate *cSulm* **739** omiā (= omina?) ***M e***, oma̅ (= omnia) ***N***, nomina ***l***, oia̅ (= omnia) ***μ***, omnia ***g*** ς ω ‖ praebent omnia ς, perflant omnia ς, *οἱ τὰ πάντα ἀποῤῥίπτοντες Plan* ‖ Lib̄. XI ***M***, Explicit liber X Incipit XI ***N l***, l’ XI (*litt minutissimis in spatio 4 litterarum*) ***F***, LIBER VNDECIMVS ***e***, *nullus titulus in* ***h*** pł$^{omnia^2}$omnia

---

LIBER UNDECIMUS.

Orphei mors.

Carmine dum tali silvas animosque ferarum
Threicius vates et saxa sequentia ducit,
ecce nurus Ciconum, tectae lymphata ferinis
pectora velleribus, tumuli de vertice cernunt
Orphea percussis sociantem carmina nervis.
e quibus una, leves iactato crine per auras,
'en', ait 'en, hic est nostri contemptor!' et hastam
vatis Apollinei vocalia misit in ora,
quae foliis praesuta notam sine vulnere fecit;
alterius telum lapis est, qui missus in ipso
aere concentu victus vocisque lyraeque est
ac veluti supplex pro tam furialibus ausis
ante pedes iacuit. sed enim temeraria crescunt
bella modusque abiit, insanaque regnat Erinys.
cunctaque tela forent cantu mollita, sed ingens
clamor et infracto Berecyntia tibia cornu
tympanaque et plausus et Bacchei ululatus
obstrepuere sono citharae: tum denique saxa
non exauditi rubuerunt sanguine vatis.
Ac primum attonitas etiamnum voce canentis

---

1 siluasque *excerpt Langerm R* 2 Threcius (*corr m 2*) *N*, Traicius *g* ‖ ducit] traxit (ł ducit *i mg* h^2) *F* ς* ς, duxit ς 4 tumul(i *ex* o *per ras*) *M* 6 De quibus *cLeid Bothe* ‖ *sic* *O* ς, leuem—auram *X Plan Hs vulgo olim* 7 En ait hic hic est ς *Bothe*, En ait hic est *μ* ‖ astam *O* 8 uocali m. in ore (*corr N m*) *O Ms Diez BSant 148e* 9 praecincta *vel* praefixa *alia* ς ‖ sine sanguine *μ* 11 //concentu/ *M*, con(c *i r m 2*)entu *N* ‖ c. uocisque lyraeque (est *s l*) retentus *μ* 12 Aut ueluti *μ* 12/14 *del Postgate* 14 uesanaque *ccGronov et Thuan* ‖ herinis *M μ*, erinis *N l* ς 16 infracto *O Ms Diez BSant 148e* ς *R Merkel*, inflato *X μ m n RV vulgo olim*, inflexo (*coll fast IV 181*) *Polle* ‖ Berecyntia *V Jahn*, *βερεκυντής* (*βερεκυντίς coni Boissonade*) *Plan*, berecy(i)nthia *A* 17 Tympanaque plausus *ccOxon et Medic*, Tympanaque plaususque (*cf 36*) *Crepund I 17 Gebhardus vulgo olim* ‖ bachicus *M*, bachei *F l* ς, bacheus *p* 18 Obstupuere sonum *μ g* ς, Obstruxere sonum ς ‖ sonos *ccMed et Voss* ‖ tunc *e* 19 ruerunt $^{bu^3}$*F* 20 At pr. *Burm* ‖ atonitas (*i r*) *μ* ‖ etiam num(c *add n*) *O A Hs vulgo*, eciam nunc *l*, etiam nunc *X RV*

innumeras volucres anguesque agmenque ferarum
Maenades Orphei titulum rapuere theatri.
inde cruentatis vertuntur in Orphea dextris
et coeunt ut aves, si quando luce vagantem
noctis avem cernunt, structoque utrimque theatro
ceu matutina cervus periturus harena
praeda canum est, vatemque petunt et fronde virentes
coniciunt thyrsos non haec in munera factos.
hae glaebas, illae direptos arbore ramos,
pars torquent silices; neu desint tela furori,
forte boves presso subigebant vomere terram,
nec procul hinc multo fructum sudore parantes
dura lacertosi fodiebant arva coloni.
agmine qui viso fugiunt operisque relinquunt
arma sui, vacuosque iacent dispersa per agros,
sarculaque rastrique graves longique ligones.
Quae postquam rapuere ferae cornuque minaci
divulsere boves, ad vatis fata recurrunt
tendentemque manus et in illo tempore primum

22 *Martialis epigr liber 21, 1*: Quidquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro dicitur.

22 theatri *A ω vulgo olim*, triumphi *mg Gryph et Bersm Merkel* ‖ *διήρπασαν εἰς ἐπίγραμμα τοῦ Ὀρφέου θριάμβου Plan* 23 cruentis *F* 24 uolantem *cMedic*, carentem *cDresd* 25 strictoque *e ς* 26 Ceu mat. *Excerpta Calandrae et cVat Hs vulgo*, Cum mat. ***M F ς R***, Ut (*i r*) mat. ***N***, Ut (t cum *sscr l*) mat. ***μ ς* F*** [3] ***g ς*** *Jahn* ‖ Cum mat. *verum videtur i e 'et ut canes coeunt, cum cervus' sq, similiter Vollmer, qui, ut distinguit* et, coeunt ut aves, *ita illud* et *a* que *in v 27 excipi putat* ‖ Iam morsu petitur cum circumquaque petentum (*cf I 533sq III 249sq*) *post 26 cBerol et i mg cLeid, recepit Bothe* ‖ pet. circum turbaque prementum *Hs*, pet. iam circumquaque prementum *coni Bothe* 27 pe(t *ex* d)unt ***M*** ‖ est *om ccBersmanni et Goth* ‖ uatem repetunt *Korn* ‖ uirenti ς 28 Iniciunt ***h*** ‖ tirsos ***l***, ramos *ccGoth et Senat* ‖ non hoc ***e*** ‖ numera [f2] pactos ***M***, (f *i r m 2*)actos ***N*** 29 d(i *i r m 2*)reptos ***N***, decerptos *cGronov*, dereptos *Hs vulgo olim* 30 torquet ***l*** ‖ ne desint *ccBersm et Goth* 31 subiebant ***F μ*** 32 fructum multo ***μ*** 33 findebant *cMedic* 34 quo (*ex corr*) ***h*** 36 Sarcula(que *om*) r. ***l***, Sarculaque et r. ***e g ς***, Sarcula q̄ (*corr*) r. ***h*** ‖ r(a *ex* o *m 2*)strique ***F*** ‖ (ligo *i r m 2*)nes ***F***, ligones *i r* ***n*** ‖ longique min(u *ex* a)ci ***M***, taurique minaces *Ms Diez BSant 148e* 37 *om* ***N***, *inter 35/36 inseruit* ***n*** ‖ minaci *scripsi cum* ***M F h g ς*** *R Hs*, minaces *cett Jahn vulgo* 38 Diuulsere ***O l ς ω*** (*ex corr* ***h***[2]) *Riese*, Diuellere ***F e g ς*** *Hs vulgo olim*, Diuisere *cGronov*, Disiunxere ***ς*** 39 Tendentem(que *add m 2*) ***N*** ‖ manum [v] ***h*** ‖ et in illo (*cf NJhbb 1894, 652*) ***N ς*** *Burm*, atque illo *cett ω vulgo* ‖ primom ***M***

inrita dicentem nec quicquam voce moventem
sacrilegae perimunt, perque os, pro Iuppiter! illud
auditum saxis intellectumque ferarum
sensibus in ventos anima exhalata recessit.
Te maestae volucres, Orpheu, te turba ferarum,
te rigidi silices, tua carmina saepe secutae
fleverunt silvae; positis te frondibus arbor
tonsa comas luxit. lacrimis quoque flumina dicunt
increvisse suis, obstrusaque carbasa pullo
naides et dryades passosque habuere capillos.
membra iacent diversa locis, caput, Hebre, lyramque
excipis, et (mirum!) medio dum labitur amne,
flebile nescio quid queritur lyra, flebile lingua
murmurat exanimis, respondent flebile ripae.
Iamque mare invectae flumen populare relinquunt
et Methymnaeae potiuntur litore Lesbi:
hic ferus expositum peregrinis anguis harenis
os petit et sparsos stillanti rore capillos.

50*sq* (*Lact Plac*) *Argum XI fab. I*: cum hic haesisset in littore serpensque morsu sanguinem lamberet, priusquam vultus eius appeteret, ab Apolline Iouis et Latonae filio duratus in lapidem est.

56*sq Servius in Georg IV 522*: sane alludit ad id quod dicit Ovidius, quia cum caput eius delatum ad ripam serpens mordere voluisset, est conversus in lapidem.

---

40 nequiquam ***M*** μ *R*, nec quemquam *g* ‖ monentem ***M*** 41 proh ***e*** μ ς 42 (fc *i r m 2*)rarum ***N*** 43 exalata (*corr m*) ***M F l V Riese*** 45 rigidae ς *Hs vulgo olim* ‖ tua carm. ***A*** ω, te carm. *Bentley vulgo post Merkelium* 46 siluae dimissis fr. ***N*** ‖ fron(d *ex* t)ibus ***l*** ‖ arbor ***M h*** ς *R*, arbos ***N F e l*** ς *VA vulgo olim* 47/49 lacrimis—capillos *del Merkel*[2] 47 Tonsa comas (*cf NJhbb 1894, 785 et X 648*) ***N h l*** ς *VA*, coma ***M F e*** ς *R*, comam μ ς *vulgo* ‖ fluxit *Ms Diez BSant 148*[e] 48 obstrusaque ***O F e l Merkel***, obtrusaque *Ms Diez BSant 148*[e], i. fuscata ł obscura *sscr* ***e***[2], obs(cur *i r m 2*)aque ***h***, obscuraque(uel obstrusa *subscr*) μ, obscuraque ***n e***[2] ς *Ben* ω *vulgo olim*, obsutaque *Polle* ‖ pullos ***M*** 49 Nai(y)ades ***F h e g*** ς *RV* ‖ et draides ***l*** ‖ passos(que *om*) μ ς^* ς, sparsos ς ‖ habuisse *cMoreti* ‖ naidas et dryadas—habuisse *Hs* 50 cap(u *ex* i)t ***l*** 53 *om* ***M*** ‖ r. cordaque lingua *Ms Diez BSant 148*[e] 54 mariς ‖ inue(c *ex corr m 2*)tę ***F*** 55 methymnaeae *Plan A vulgo*, methimnei ***M h l***, mathimnaei ***N***, meth(um *i r*)nei ***e***, metymnei ***F***, metinei μ, methymnaei ς ‖ Ex methymnei p. littora *Ms Diez BSant 148*[e] 56*sq dixi de hoc loco Hermes XXXX 231 sq* 56 expositum ***e*** ς *vetus exemplar Mar Accursii Hs vulgo*, expositus ***M*** ς, exposito(*i r m 2*) ***N***, exposito (situs *i mg* μ) *cett Plan* ω ‖ peregrinis harenis (anguis *adscr m 2*) ***N*** 57 Os petit ***e*** (*i mg* μ, *i r* ***h***[2]) ς *vetus exemplar Mar Accursii Hs vulgo*, Obstitit ***A*** *Plan* ω ‖ et sparsos ***e***

tandem Phoebus adest morsusque inferre parantem
arcet et in lapidem rictus serpentis apertos
congelat et patulos, ut erant, indurat hiatus.
Umbra subit terras et quae loca viderat ante,
cuncta recognoscit quaerensque per arva piorum
invenit Eurydicen cupidisque amplectitur ulnis.
hic modo coniunctis spatiantur passibus ambo,
nunc praecedentem sequitur, nunc praevius anteit
Eurydicenque suam iam tutus respicit Orpheus.
Non inpune tamen scelus hoc sinit esse Lyaeus,
amissoque dolens sacrorum vate suorum
protinus in silvis matres Edonidas omnes,
quae videre nefas, torta radice ligavit;
quippe pedum digitos, in quantum est quaeque secuta,
traxit et in solidam detrusit acumina terram.
utque suum laqueis, quos callidus abdidit auceps,

---

62 *Claud Marius Victor Aleth II 284*: arva piorum.

(*i mg* ***h***^{2}) ς *VA Hs vulgo,* et sparso ***N F h*** ς *R,* et sparsus ***M l*** (*i mg* ***μ***), et spars(i *ex* a)s ***μ***, *ἔτι τῶν πλοκάμων ὑγρῷ στάζοντι διαβεβρεγμένων Plan* ‖ stillanti (es *sscr* ***n***) ***O e l*** (i *mg* ***h***^{2}) *VA Hs vulgo,* stillantes ***F h*** ς *R* ‖ ex sparsos stillintior ore *Ms Diez BSant 148*^{e} ‖ 'ac sparso stillnatis *lego*' *in Bibl Diez 1075 Hs* ‖ capillis (uel los *s l*) ***μ*** ‖ Lambit et (h)ymniferos in(h)iat diuellere uultus *post 57 in textu* ***N*** *cZwiccav* ***ω***, *versum del Hs, deff* (*Festschr f Vahlen p 362*) *Helm et* (*Jhb cl Altw 190 111 254*) *Ehwald, spurium esse ego l c demonstravi* ‖ extemplo morsu (cedit *i e* cœpit *add m 2*) laniare ferino *post 57 in textu cLeid Voss Lat Q 61, def hunc quoque, duplicem recensionem a poeta profectam statuens, l c Helm, spurium esse l c demonstravi* ‖ os petit et sacros inhiat divellere vultus *male conglutinat Capoferreus* **59** *del Riese* **60** Congerit ***M***, Coll(i *ex* e *m 2*)gat ***F*** **61** terrae ***g*** **63** euridicē ***M***, Euryciden (*item 66*) *R* ‖ auidisque *ccBersm et Med* **64** coniuncti ***M*** **65** ante it ***F*** ς **66** tutus ***N*** *cSulmon*, tut (u' *i r m 2,* a *fort eras*) ***M***, tuto ***n X*** ***ω*** *vulgo* ‖ *cf georg IV 490* **67** lieus ***h g***, ligeus ***F*** **68** sacrarum (*corr*) ***F*** **69** matres] *sic* ***X*** *Plan* ***ω***, merens ***M***, m(atres *i r m 2*) ***N***, mœrens *frg Boxhornii*, maerens (*cf v 3 VIII 779*) *fort verum* ‖ edonid(a *ex* e *m 2*)s ***N***, eonidas ***F h l***, *τὰς Ἀμονίας Plan*, Ebdonidas *R*, Aedonidas *V* **70** fecere ***l*** ς *Hs vulgo olim*, iuvere *Capoferreus* ‖ quae] *silvae sc, ut monet Vollmer* ‖ tota *Ms Diez BSant 148*^{e} **71/72** *del Merkel*^{1} **71/84** *del Merkel*^{2} **71** quippe dum ***M*** ‖ in quantum est cūque (q̄que = quaeque *corr m 3*) secuta ***F***, in quantum quaeque secuta est ς *Hs*, in qu. quaeque secutae *cBerol Bothe*, in quantum est quisque secutus *Bentley* ‖ digitos via, quam tum est *Housman* **72** strinxit et *HAKoch* ‖ acumina ***M e l*** *Riese*, acumine ***N h μ g*** ***ω*** *vulgo olim*, acumin(a *ex* e *m2*) ***F*** ‖ detr(us *i r*)it ***e***, demisit *vel* defixit *alia* ς

crus ubi commisit volucris sensitque teneri,
plangitur ac trepidans adstringit vincula motu:
sic, ut quaeque solo defixa cohaeserat harum,
exsternata fugam frustra temptabat; at illam
lenta tenet radix exsultantemque coercet,
dumque ubi sint digiti, dum pes ubi, quaerit, et unguis,
adspicit in teretis lignum succedere suras
et conata femur maerenti plangere dextra
robora percussit: pectus quoque robora fiunt,
robora sunt umeri, longos quoque bracchia veros
esse putes ramos, et non fallere putando.

Midas aureus.

Nec satis hoc Baccho est: ipsos quoque deserit agros
cumque choro meliore sui vineta Timoli
Pactolonque petit, quamvis non aureus illo
tempore nec caris erat invidiosus harenis.
hunc adsueta cohors, satyri bacchaeque, frequentant,
at Silenus abest: titubantem annisque meroque
ruricolae cepere Phryges vinctumque coronis

---

86 *Vibius Sequester p 17, 25 Burs*: Tmolus Lydiae uino insignis

---

74 Crus i(b *ex* s)i ***M*** 75 adstringens ***F*** ‖ uimina (*corr* μ^2) μ *ccCantabr et Jun* ‖ trepido substringit vincula motu *vel* trepidans astringit vincula motus *Hs* 76 Sic ut quaeque ***M*** ς *Hs vulgo*, Sic (quecu^{m} *i r m 2*)que ***N***, Sic qu(a)ecumque ***X*** ω ‖ cohereat ***M*** 77 *aut* frustra *in parenth ponendum aut* et illam *scribendum videtur* 78 Longa tenet *ccBas et Med* 79 ubi si/nt (u *fuit*) ***N***, sunt ***l*** *VA* ‖ unguis ***N*** *R*, inguis (i *prius ex* u *per ras*) ***M***, inguen ***h*** ***n***, ungues *cett vulgo* 80 Prospicit ***e*** ς ‖ teret(i *ex* e)s ***M***, teretes *cett vulgo* ‖ signum ***l*** ‖ succrescere ς . 81 t pangere^{2} tangere ***M*** 82 *om* (*i l m 2*) ***N*** ‖ quoque robora fiunt *i r* (os *in fine sub ras dignoscitur*) ***F***^{2} 83 *i r* ***F***^{2} ‖ (h)umeri longos quoque br. ueros ***O*** ς* ς *R Merkel*^{2}, u. porrectaque (longos quoque *i mg* μ) brachia ueros ***F*** μ ς *Plan Hs vulgo*, u. longos quoque br. uera ς *VA*, hum. l. qu. brachia fortes *vel* tandem (*sic g*) ς, u., longos q. br. vara *vel* u., porrectaque br. varos *coni Hs*, u., ueros porr. br. longa *Capoferreus*, u., longos q. br. versa *Ehwald* ‖ lignosaque *Riese*^{1}, frondosaque *Korn*, digitosaque *Polle*, nodosaque *Postgate* ‖ *cf NJhbb 1893, 613*; *concedo tamen lectioni* porrectaque *per se bonae codicem* ***F*** *nunc magno praesidio esse* 84 putas ***h*** ***l*** ‖ fallere (pro falleris *sscr* ***m***) *scripsi* (*cf am III 8, 64*) *cum* ***A*** ω, fallare ς *Plan Hs vulgo* 86 85 ***O*** ***F*** ***h*** *R V*, *litteris* bac *additis corr* ***h***^{2} 86 pineta ***F*** ***h*** ς, peneta i^{2} ***N***, spineta ***p*** ς ‖ tymoli ***M*** *Hs* 87 Pactalonque ***e*** ‖ petit *ex corr* (dedit *fort fuit*, petit *i mg iteravit* ***m***) ***M*** 88 fuluis erat ς ‖ (h *add m 2*)arenis ***M*** 89 cohors sauri ***l*** ‖ bacceque ***e*** ‖ b. sequuntur ς 90 tibantem (*corr m 2*) ***M*** 91 friges ***M*** ***F*** ***h*** ***l*** ‖ iunctumque ***l*** ‖ catenis (*i r* μ) μ ς

ad regem duxere Midan, cui Thracius Orpheus
orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo.
quem simul agnovit socium comitemque sacrorum,
hospitis adventu festum genialiter egit
per bis quinque dies et iunctas ordine noctes.
et iam stellarum sublime coegerat agmen
Lucifer undecimus, Lydos cum laetus in agros
rex venit et iuveni Silenum reddit alumno.
Huic deus optandi gratum, sed inutile, fecit
muneris arbitrium gaudens altore recepto.
ille male usurus donis ait 'effice, quidquid
corpore contigero fulvum vertatur in aurum!'
adnuit optatis nocituraque munera solvit
Liber et indoluit, quod non meliora petisset.
Laetus abit gaudetque malo Berecyntius heros
pollicitique fidem tangendo singula temptat
vixque sibi credens non alta fronde virentem
ilice detraxit virgam: virga aurea facta est;
tollit humo saxum: saxum quoque palluit auro;
contigit et glaebam: contactu glaeba potenti
massa fit; arentis Cereris decerpsit aristas:

---

102 *sq* 121 *sq* *Ambros Expos Ev Lucae VI 88* (*Schenkl IV 270*): ferunt certe eorum fabulae fuisse regem quendam, qui quidquid tangebat aurum fiebat . sed etiam conuiuia ipsa feralia; nam et ipsa mantelia digitis adprehensa riguerunt et cibus in ore crepitabat ferens non alimenta sed uulnera, et in gutture potus haerebat.
104 *Maximian el V 47* (*Baehrens PLM V 342*): sua solvit Munera (nox).

---

92 traxere *cArondelian Hs vulgo olim* ‖ m(y *ex* e)dan ***M***, mydam ***e***, midā ***F h***, midam ***l*** *VA* ‖ traceus ***h***, tratyus ***e***, traicus ***g*** 93 cętropyo (c *sscr m 2*) ***e*** ‖ eumulpo ***N***, eumolpho ***μ e g*** 94 Quem simul *scripsi cum* ***M*** ς, Qui/ (i *et ipsum i r m 2*) simul ***N***, Qui s. ***μ X*** *ω vulgo* ‖ comitem sociumque ***F e l*** 95 aduentum ***M***, aduentu/ ***N***, aduentu$^{tum^2}$ ***μ*** 98 undecimis (*corr*) ***h***, 'undenus *cMenardi, non male' in Bibl Diez 1072 Hs* ‖ lidos tum ***h l***, lidios tum ***F*** ‖ *Λυδὸς βασιλεύς Plan* 99 tradit ***μ*** 100 optanti ***F h l g*** ς ‖ fecit *ex corr* (ferrum *fuit*) ***F***^{2} 101 ultore ***M*** 103 contingam ***g*** 104 optat(is *i r m 2*) ***N***, optanti ς 105 at indoluit *cRegius Hs vulgo olim* 106 gaud. datis *vel* dato ς ‖ berecintinus ***h***, berecinthius ***M l***, berecynthius ς *Hs vulgo olim* ‖ horos ***F*** 107 Pollicitamque *ccTwisden et Berol Hs vulgo olim*, Pollicitisque ς 108 *om R, del Merkel*^{2} ‖ fronte ς ‖ uirenti *Merkel*^{1} 109 Illice ***μ*** ‖ decerpit ς ‖ uirg/am (i *eras videtur*) ***M*** 110 '*fort* aureum' *in Bibl Diez 1075 Hs* 111 ut glaebam *Hs* ‖ glaebas ***μ*** 112 Missa fit ***M*** ‖ Massa fuit stantes ***g*** ‖ arentis ***M*** *cVratisl et* (ξηρᾶς *Δήμητρος*) *Plan Korn*,

aurea messis erat; demptum tenet arbore pomum:
Hesperidas donasse putes; si postibus altis
admóvit digitos, postes radiare videntur;
ille etiam liquidis palmas ubi laverat undis,
unda fluens palmis Danaen eludere possit;
vix spes ipse suas animo capit aurea fingens
omnia. gaudenti mensas posuere ministri
exstructas dapibus nec tostae frugis egentes:
tum vero, sive ille sua Cerealia dextra
munera contigerat, Cerealia dona rigebant,
sive dapes avido convellere dente parabat,
lamina fulva dapes admoto dente premebat;
miscuerat puris auctorem muneris undis:
fusile per rictus aurum fluitare videres.
Attonitus novitate mali divesque miserque
effugere optat opes et, quae modo voverat, odit.
copia nulla famem relevat; sitis arida guttur
urit, et inviso meritus torquetur ab auro
ad caelumque manus et splendida bracchia tollens
'da veniam, Lenaee pater! peccavimus', inquit,
'sed miserere, precor, speciosoque eripe damno!'
mite deum numen: Bacchus peccasse fatentem

---

r²
arentes *cett ω vulgo* ‖ cereis *e*, cererem *cSprotii* ‖ decerpit *l*, decersit *μ* ‖ ar(i *ex* a)stas *F* ‖ arentis (arenti *Burm*) Cererem d. aristae *Hs* **113** erant *Hs* ‖ deptum (*corr*) *N* **114** Hesperid(as *i r m 2*) *N*, Hesperides *cBerol VA* ‖ putas *F l* ‖ sibi postibus *h l*, si(bi *add m 2*) p. *F*, ubi postibus *g*
d² s²
115 Amouit—potes *M* **116** Illi etiam *Hs* ‖ palmam *F* **117** unda rubens (*cf Bothe Vind p 174*) *7 HVoss* ‖ fluens manibus *μ* ‖ danen *F e g*, dan/en (t *eras*) *l*, Daphnen *R*, deludere *ς* ‖ possit (*i e 'heute noch'*) *M F e l VA*, posset *N h μ ς R vulgo* ‖ Corporis et (e *cThuan*) membris resplenduit aurea vestis *post 117 add cThuan ς* **120** *i mg add n* ‖ coctae *ς* ‖ fugis *F* **121** ill(a *ex* e *m 2*) *F* ‖ cerialia *N* **122** nitebant *cGoth* **123** contingere *ς* **124** Lammina *M* ‖ amoto *M* ‖ (nit *i r m 2*)ebat *N*, *corr* (*m 3*) *n*, nitebant *ex corr h*², premebant *vel* nitebant *vel* rigebant *ς*, crepabant *Hs*, virebant *Burm* **125** Mi(s *ex* e *m 2*)cuerat—m(un *ex corr*)eris *F* **126** rictus *i r h*² **128** "opes "optat *F* ‖ quas modo *cPar Hs* ‖ nouerat *ς*, mouerit *l* **130** meritus *i r μ*, merito *g ς* ‖ pectus torquetur *ad Prop III 3, 25 Burm* **131** *del Merkel*² ‖ brachia splendida (splendida *i r μ*) *μ ς** ‖ spendida b. (tollens *i r m 2*) *F* **133** misere(re *add m 2*) *F* ‖ sp(ati *i r m 2*)osoque *N*, pretiosoque *ς*
//² //²
134 dm̄ numen *M* ‖ *distinxi post Bothium*, mite deum numen, Bacchus, peccasse *vulgo* ‖ mite reum numen *Hs*, m. deus numen *Burm*

restituit factique fide data munera solvit.
'neve male optato maneas circumlitus auro,
vade' ait 'ad magnis vicinum Sardibus amnem
perque iugum ripae labentibus obvius undis
carpe viam, donec venias ad fluminis ortus,
spumigeroque tuum fonti, qua plurimus exit,
subde caput corpusque simul, simul elue crimen.'
Rex iussae succedit aquae: vis aurea tinxit
flumen et humano de corpore cessit in amnem.
nunc quoque iam veteris percepto semine venae
arva rigent auro madidis pallentia glaebis.
Ille perosus opes silvas et rura colebat *Midae aures.*
Panaque montanis habitantem semper in antris.
pingue sed ingenium mansit, nocituraque, ut ante,
rursus erant domino stultae praecordia mentis.
nam freta prospiciens late riget arduus alto
Tmolus in adscensu clivoque extensus utroque

---

135 factique (*restitutionis sc*) fide (fide/ ***N***) *recepi post Merkelium ex* ***O e l μ p ς VA***, *καὶ πίστιν δοὺς τὴν προβᾶσαν ἔλυσε χάριν Plan*, factaque fide ***F h ς R***, factique fidem ***ς*** *Jahn*, pactique fidem *Riese*[1], pactique fide ***ς*** *Riese*[2], pactamque fidem *Hs vulgo olim*, facti inque fidem *Bach* ‖ 'pactamque fidem, data munera, solvi; neve' (*ut sint verba Bacchi*) *Burm* ‖ mun. tollit *Lindemann* **136** maneas ***M ς R vulgo***, manea(s *ex* t *m 2*) ***N***, maneat ***N μ X VA*** ‖ circumfluus ***g***, circunlitus *R* **137** magnum ***μ*** ‖ sardi//bus (ni *eras*) ***M*** **138** iugum ripae *ex vestigiis optimorum librorum Jahn* ‖ iug. ripę ***F h e μ*** (*i r* ***n***) *Plan ω*, iug. uitę ***M*** *Mscr Diez BSant 148*[e], iug. rapę ***l***, iug. montis ***ς*** *Hs vulgo olim*, iugum Tmoli *vel* rupis *Hs*, iug. Phrygiae *Korn*, i. nitens *KSchenkl*, i. Lydum *Ehwald* ‖ ripae *verum videtur, cf IX 334 fast III 13* **140** Spumiferoque ***h ς*** *vulgo olim* ‖ que *om* ***F*** ‖ tuum *om* ***l*** **141** simul *alterum i mg add* ***n*** ‖ ellue ***μ***, ablue ***ς*** **142** ui/$^{s^2}$ ***N*** ‖ flumen Tinxit *cBerol* **143** Flu(m̄ *e corr m 2*, flumine *fort fuit*) et ***F***, Flumina et ***p*** **144/145** *del Merkel*[2] **144** Num quoque ***M*** ‖ iam ueteres (*corr* ***F***[2]) ***F l***, de ueteris *var lect cDresd*, tam ueteris *Burm* ‖ nuncque etiam vet. *Bothe* **145** rigant (*corr* ***F***[2]) ***F l*** ‖ ualidis (humidis *sscr*) ***μ***, rigidis *unus Heinsianus*, gravidis (*cf VI 223 X 531*) *conieci* ‖ rig. auriginеis p. *Polle* ‖ madidis pollentia *in Bibl Diez 1069 Hs* ‖ parentia *vel* arentia ***ς*** ‖ pallentia (glebis *i r m 2*) ***F*** **146** inde *Burm* ‖ silvasque et *A* **147** in aruis ***M ς***, a(n *i r m 2*, tri *ex* ui *m 2*, arui *videtur fuisse*, s *add m 2*) ***N*** **149** erat *R* ‖ domino] damno ***M*** *Ms Diez BSant 148*[e] *R* ‖ stultae ***O X μ RV*** *Ehwald*, stolidae (*cf 175*) ***e ς A vulgo*** **150** perspiciens ***N*** ‖ magno riget *frg Theat*, late ruit ***g*** ‖ ard. altę ***M***, ard. alte ***ς*** *frg Theat et Ms Diez BSant 148*[e] **151** Th(m *ex corr*, in *fort fuit*)olus ***M***, Tholus (m *sscr m 2*) ***F***, Thimolus ***h*** ‖ in accessu ***ς*** ‖ extentus ***ς*** *vulgo olim*

Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hypaepis.
Pan ibi dum teneris iactat sua carmina nymphis
et leve cerata modulatur harundine carmen
ausus Apollineos prae se contemnere cantus,
iudice sub Tmolo certamen venit ad inpar.
Monte suo senior iudex consedit et aures
liberat arboribus: quercu coma caerula tantum
cingitur, et pendent circum cava tempora glandes.
isque deum pecoris spectans ‘in iudice’ dixit
‘nulla mora est.’ calamis agrestibus insonat ille
barbaricoque Midan (aderat nam forte canenti)
carmine delenit. post hunc sacer ora retorsit
Tmolus ad os Phoebi: vultum sua silva secuta est.
ille caput flavum lauro Parnaside vinctus
verrit humum Tyrio saturata murice palla
instrictamque fidem gemmis et dentibus Indis
sustinet a laeva, tenuit manus altera plectrum:
artificis status ipse fuit. tum stamina docto
pollice sollicitat, quorum dulcedine captus
Pana iubet Tmolus citharae submittere cannas.
iudicium sanctique placet sententia montis

---

165 *sq Hist Apoll 16 p 31, 3 Riese*²: induit statum et corona caput coronavit et accipiens lyram introivit triclinium et ita fecit, ut discumbentes non Apollonium sed Apollinem existimarent.

---

152 hypaepis *N e ς A vulgo*, hipepis *ς V*, hyppepis *M*, hapeis *F*, hipeis *l*, hipeplis *h*, ipeplis *μ*, Hypeplis *R* ‖ *εἰς τὰ μικρὰ Ὑπαίπια λήγει Plan* 153 cmina *e* ‖ sua munera *vel* numina *Bentley*, s. flamina *KSchenkl* 154 moderatur *μ ς* 155 apollineos—uoces (cantus *sscr m 1*) *F* 156 Indice *N* ‖ th///mo(lo *i r m 2*, ala *eras videtur*) *M*, thmolo *F*, thṃolo *g* 157 consendit *l* 159 et densi circum *Ms Diez BSant 148ᵉ* ‖ timpora *F l* ‖ tempora baccae *cMoreti* 160 Inque *p*, inde *Hs* ‖ deus *M Ms Diez BSant 148ᵉ* ‖ me iudice *ς* 161 intonat *l Bothe* 162 Barboricoque *h* ‖ myda *e* 163 delent *M*, del(i *i r m 2*)nit *N*, delinit *μ h e ς R*, delini it *F*, delineit *l* ‖ phebus sacer *l* ‖ post hunc] p(ost h^ *i r m 2*) *F* ‖ retorsit *M h ς vulgo*, resoluit *N F ς* μ ς* 164 Thmolus et ad os *M*, Thṃolus ad (os *i r m 2*) *F* ‖ dominum sua *ς* ‖ est *add n* 165 *om* (*i mg m 2*) *N* 166 Uertit *μ* ‖ saturatur *M* 167 Instrictamque (u *sscr m 2*) *M Merkel*, Instructamque *μ N l ς R Hs vulgo olim*, Distinctamque *F h g ς Jahn*, *πεποικιλμένην Plan* ‖ fidem] liram *m h e g ς*, lyram *ς Plan et i r n* 169 status ille *ς R*, st. iste *ς Jahn* ‖ tunc *e ς*, dum *g* ‖ doto (*corr m 2*) *F* 171 thmolus *M*, (th *a m 2*)molus *h* 172 Iudicium/ (que *eras*) *M*

omnibus, arguitur tamen atque iniusta vocatur
unius sermone Midae; nec Delius aures
humanam stolidas patitur retinere figuram,
sed trahit in spatium villisque albentibus inplet
instabilesque imas facit et dat posse moveri,
cetera sunt hominis: partem damnatur in unam
induiturque aures lente gradientis aselli.
Ille quidem celare cupit turpisque pudore
tempora purpureis temptat velare tiaris;
sed solitus longos ferro resecare capillos
viderat hoc famulus. qui cum nec prodere visum
dedecus auderet, cupiens efferre sub auras,
nec posset reticere tamen, secedit humumque
effodit et, domini quales adspexerit aures,
voce refert parva terraeque inmurmurat haustae
indiciumque suae vocis tellure regesta
obruit et scrobibus tacitus discedit opertis.
creber harundinibus tremulis ibi surgere lucus
coepit et, ut primum pleno maturuit anno,
prodidit agricolam: leni nam motus ab austro
obruta verba refert dominique coarguit aures.
Ultus abit Tmolo liquidumque per aera vectus *Laomedon. Hesione.*

---

173 uạ̊catur *M* 175 humana(s *add m 2*, humanā *fuit*) stolidam (stultam *sscr m 2*) *M* ‖ stolid(a *ex corr m 2*)s *F* 176 uuillisque *l* ‖ ardentibus *M cSpir Mscr Diez BSant 148*ᵉ, horrentibus *Hs* 177 illas *F h e ς ω*, illos *l*, imo (illa *s l μ*) *μ ς Hs vulgo olim*, uno *Mscr Diez BSant 148*ᵉ 180 *i mg μ* ‖ turpisque (*'entstellt'*, *cf XIII 847*) *scripsi*, turpique *A ω* ‖ turpique pudori *l*, turpemque pudorem *ς et e coni* (*coll VIII 157*) *Zingerle*, turpisque pudoris *μ* ‖ celat turpique onerata pudore *ς Hs vulgo olim*, celat, turpique ornata p. *Silv crit V 120 Wakefield*, celare caput turpique p. *Schepperus*, turpique—temptat *del Merkel*², torpensque pudore *KSchenkl*, stuprique pudore *Rappold* 181 T(em- *i r m 2*)pora—uelare (thi *i r m 2*)aris *N*, Timpora—vel. tyaris *l* ‖ coronis *ς* ‖ temptat relevare *Housman* 182 solitos *ς* ‖ longos/ (que *eras*) *M* 183 Viderat haec *Bothe* 185 posset (sit *s l μ*) *N μ ς ω vulgo*, possit *M F ς** 186 Confodit *ccBersm et Bonon* ‖ aspexerat *μ h ς*, conspexerat *ς* 187 parua/ (que *eras*) *M* 188 uc̣is (uocis *i mg m 2*) *M* ‖ retesta *μ*, reiecta *ς* 189 scobibus *M* ‖ discessit *vel* descendit *ς* 190 Creb⁹ (⁹ *a m 2*) *μ* ‖ ubi *ς* ‖ crescere *ς* 192 agricola *M*, auricolam *h*, agrilam (agricolam *i mg m 2*) *μ*, agricolis *vel* arcanum *Burm* ‖ nam leni *vel* leni iam *g* ‖ leui—haustro *μ* 193 coarcuit *M l*, redarguit *ς* 194 Vụltus (V *rubro atram scriptum*) abit thmo(lo *add m 2*) *M*, Vultus *ς Ms Diez BSant 148*ᵉ, Uictor *ccPar et Reg Schepperus* ‖ (t *i r m 2*)molo *N* ‖ liquidum(que *om*) *M h l*

angustum citra pontum Nepheleidos Helles
Laumedontiis Latoius adstitit arvis.
dextera Sigei, Roetei laeva profundi
ara Panomphaeo vetus est sacrata Tonanti:
inde novae primum moliri moenia Troiae
Laumedonta videt susceptaque magna labore
crescere difficili nec opes exposcere parvas
cumque tridentigero tumidi genitore profundi
mortalem induitur formam Phrygiaeque tyranno
aedificat muros pactus pro moenibus aurum.
Stabat opus: pretium rex infitiatur et addit,
perfidiae cumulum, falsis periuria verbis.
'non inpune feres' rector maris inquit et omnes
inclinavit aquas ad avarae litora Troiae
inque freti formam terras conplevit opesque
abstulit agricolis et fluctibus obruit agros.
poena neque haec satis est: regis quoque filia monstro
poscitur aequoreo; quam dura ad saxa revinctam
vindicat Alcides promissaque munera dictos
poscit equos tantique operis mercede negata

---

202 *Claud Marius Vict Alethias II 393*: tumidi convolvat labe profundi.

---

195 nepheleios (*corr i mg m 2*) *μ* 196 Laumedontiis (*cf quae dixi NJhbb 1894, 639 et de* u *correpta interpretes ad Cat 68, 74*) *scripsi*, Laoṭụmedontıs$^{o^2}$ *N*, Laumedonteis *ccGoth*, Laudomedonteis *μ*, Laodomedonteis *M*, Laomedonteis *X ω vulgo* ‖ latoius *F A*, lotoius *V*, lato(i *i r m 2*)us *N*, lato(l *vel* i *longum*)us *M*, latous (tonius *i mg* μ^2) *μ h l*, latonis *e*, latonius *ς R*, *Λητωΐδης Plan* ‖ astitit *M F h e* 197 Dextra *R* ‖ rœṭei *F*, rœthei *M*, rethei *h*, rhœtei *cett vulgo* ‖ Sygaei Rhœtei *V*, Sigaei Rhœtaei *edd vett* 198 Panomphaeo *Raph Regius A vulgo*, *ἱερὸς τῷ Πανομφαίῳ Διΐ Plan*, panopeo *O F e ς R*, Panapeo *V*, panapeo *μ l*, pan(o *ex* a *m 2*)peo *h*, panopheo *ς*, ara iouis panopei *L* 199 Unde *ς* 200 Laumedonta (*cf ad 196*) *N h ccBerol et Zwiccav*, Laudo-medonta$^{don^2}$ *μ*, Laodome/ta (n *eras*) *M*, Laomedonta *cett vulgo* 201 tridentifero *l ς* ‖ rectore *vel* domitore *ς* 203 phrigieque *N*, phrygioque *e ς*, frigioque *μ h*, phrigiique *l* 204 Aedificat *O ς Merkel*^{2}, Aedificant ς^* *ς ω vulgo olim*, Edifficant *F* ‖ pactus *M Ms Diez BSant 148^e Merkel*, pacti/ *N*, pacti (*corr* μ^2) *X μ ς R Jahn*, pacto—auro *ς A vulgo olim* 205 opus *s l h* 207 infit *cTwisden Bothe* 208 ad curuę$^{auare^2}$ *N* ‖ m(o)enia troiae (*cf 215*) *g ς* 209 cōpleuit *O Ms Diez BSant 148^e Merkel*^{2}, conuertit *X μ ω vulgo olim* 210 fructibus *l* ‖ obr. arua *ς Hs vulgo olim* 211 monstro (*omnia praeter* n *i r m 2*) *F* 213 V/ndicat (e *eras*) *M*, U(e *ex* i)ndicat *N*, Uendicat *μ h* e^2 ‖ pactos *vel* doctos *ς*. *θεῖους Plan*, divos (*coll Apoll II 5, 9, 12*) *post Lenzium Riese*, dios *Postgate*

bis periura capit superatae moenia Troiae.
nec, pars militiae, Telamon sine honore recessit
Hesioneque data potitur. nam coniuge Peleus
clarus erat diva: nec avi magis ille superbus
nomine quam soceri, siquidem Iovis esse nepoti
contigit haud uni, coniunx dea contigit uni.
Namque senex Thetidi Proteus 'dea' dixerat 'undae, *Peleus et Thetis.*
concipe: mater eris iuvenis, qui fortibus actis
acta patris vincet maiorque vocabitur illo.'
ergo, ne quicquam mundus Iove maius haberet,
quamvis haud tepidos sub pectore senserat ignes,
Iuppiter aequoreae Thetidis conubia fugit
in suaque Aeaciden succedere vota nepotem
iussit et amplexus in virginis ire marinae.
Est sinus Haemoniae curvos falcatus in arcus:
bracchia procurrunt, ubi, si foret altior unda,
portus erat (summis inductum est aequor harenis).
litus habet solidum, quod nec vestigia servet
nec remoretur iter nec opertum pendeat alga,
myrtea silva subest bicoloribus obsita bacis
et specus in medio (natura factus an arte,
ambiguum, magis arte tamen), quo saepe venire

235 *sq* Et specus — ambiguum] *citat Priscianus VI 76, cf ad III 29.*

215 per⁀iura *l*, peritura ς 217 hisioneque *N* ‖ nam *i mg add* h^2 ‖ iam coniuge *Bothe* 218 neque enim magis *O* ‖ ipse *e* ‖ superbus *M*, super(bit *i r m 2*) *N*, superbit *X μ ω vulgo* 219 numine *Hs* ‖ nepoti *M ccDresd Goth Medic R Hs vulgo*, nepotem *N X μ VA Jahn* 220 haud *i r m*, hau(t *i r m 2*) *F* ‖ haud //uni coniūx[2] *N* 221 senes *M* ‖ de(a *i r m 2*) *F* ‖ proteus dux dixerat *e*, proteus praedixerat ς ‖ sen. protheus thetidi d. d. *μ* ‖ ud(a)e *μ* ς *Bentley* ‖ *προεῖπε τῇ Θέτιδι ἐν τοῖς ὕδασι Plan* 222 iuueni *Excerpta Langermanni cStrozzan Hs vulgo olim* ‖ actis *l* ς *Plan Hs vulgo*, annis *O F μ*, armis *h m n p* ς *ω*, athlis *Vollmer* 224 haberer *μ* 225 aut (*corr m n*) *O*, haut *F e* 226 con. uitat ς *Hs vulgo olim* 227 Inque sua ς *Gierig* ‖ eaci(y)dē *h e*, eacidem *l* ‖ suc. iura ς 229 emoniae *l* ‖ modicos falc. ς *Bothe* ‖ sulcatus *cMenardi* 230 proc. qui si foret *Hs* 231 indictum (*corr n*) *O* 232 solitum (*corr*) *F* 233 iter *s l m* ‖ iter // aquis (*praeter* a *omnia i r m 2*) *N* ‖ rem. aquis ς ‖ opertum *n h* ς *ω vulgo*, opt'a (*i e* opertus *ex* operta) *M*, operta *N F e l μ* ς ‖ *οὔτε μὴν κεκαλυμμένα φύκια φέροι Plan* ‖ operta *fort verum, potuit enim poeta dicere algam opertam fuisse (cf ars I 620) litore super inpendenti* 234 Myrtica *M* ‖ (ed *i r m 2*)ita (ł obsita *sscr m 3*) *N*, edita ς 235 et specus (*cf Pr S G 1887, 9* et am III 1, 3*) *Priscianus cBas*, Est specus *A ω vulgo* 236 *om* (*i mg m 2*) *N* ‖ Ambiguum est *n* ς *R*

frenato delphine sedens, Theti, nuda solebas.
illic te Peleus, ut somno vincta iacebas,
occupat et, quoniam precibus temptata repugnas,
vim parat innectens ambobus colla lacertis;
quodnisi venisses variatis saepe figuris
ad solitas artes, auso foret ille potitus.
sed modo tu volucris (volucrem tamen ille tenebat),
nunc gravis arbor eras (haerebat in arbore Peleus).
tertia forma fuit maculosae tigridis: illa
territus Aeacides a corpore bracchia solvit.
isque deos pelagi vino super aequora fuso
et pecoris fibris et fumo turis adorat,
donec Carpathius medio de gurgite vates
'Aeacide', dixit, 'thalamis potiere petitis:
tu modo, cum rigido sopita quiescit in antro,
ignaram laqueis vincloque innecte tenaci.
nec te decipiat centum mentita figuras,
sed preme, quidquid erit, dum, quod fuit ante, reformet!'
Dixerat haec Proteus et condidit aequore vultum
admisitque suos in verba novissima fluctus.
pronus erat Titan inclinatoque tenebat
Hesperium temone fretum, cum pulchra relecto
Nereis ingreditur consueta cubilia saxo.
vix bene virgineos Peleus invaserat artus:

---

237 f(r *ex* l)enato ***M*** ‖ theti/ ***N*** ‖ thetis uda *cCantabr* 238 uincta ***M*** *e l ς R vulgo*, uicta (t n *sscr n*) ***N*** *μ h g VA*, ui(cta *i r m 2*) ***F*** 239 precibus quoniam *μ* 240 amb. uincla *ccOxon et Pal* 241 uenisset (es *sscr m 2*) ***M***, ueniss(es *i r m 2*) ***F*** ‖ mutatis saepe *μ* 242 ausu *e*, ausa *ς*, uoto *cGronov* 243 *sq parenth bis posui* ‖ Nam modo *ccHamb et Sulmon* ‖ seu modo tu—seu grauis *Hs* 244 arbore(as *i r m 2*) herebat ***M*** ‖ era(s *i r ex* t) *e* 245 tegridis *μ* 247 Isque ***A*** *ω*, Iamque *ς*, Inque *p*, Inde *ccBas et Senat Hs vulgo olim*, usque (*sed cf 160 IV 212*) *Merkel*² ‖ deum *ς* 248 odorat ***M***, (o *ex* a *m 2*)dorat ***N*** 250 Aeacida *ccTwisden et Voss Hs vulgo olim* 251 Tu/ modo ***N*** ‖ cum rigido ***M*** *ccBonon et Medic R Merkel*², cum (g *i r m 2*)e(l *i r m 2*)ido ***N***, cum gelido *cett Plan VA vulgo olim* ‖ quiescit (*cf Comm in Cat p 84 Friedrich*) ***A*** *VA Korn*, quiescet *g ς R vulgo*, quieuerit *ς* 253*sq* mutata figuras *cMed.*, mutata figuris (*s l ras*) *μ*, ment. figuris *ς* ‖ Neu te decipiat—perprime *Hs* 255 hoc *e* 256 Ammisitque ***M*** ‖ uultus *h* 257 petebat (*corr μ*²) *μ ς* ‖ inclinatoque tepebat *cGoth et ad Stat silv p 311 Markland* 258 pulcha (*corr m 2*) ***M*** ‖ relecto *Merkel*², relicto ***A*** *ω vulgo olim* 259 *i l* ***F***² ‖ cub. saxo ***O*** *ς Merkel*², cub. ponto *μ* ***F***² *ς** *R vulgo olim*, c. fluctu *ς VA* 260 euinxerat *vel* deuinxerat *vel* innexerat *ς*

illa novat formas, donec sua membra teneri
sentit et in partes diversas bracchia tendi;
tum demum ingemuit, 'neque' ait 'sine numine vincis'
exhibita estque Thetis. confessam amplectitur heros
et potitur votis ingentique inplet Achille.

Felix et nato, felix et coniuge Peleus *Peleus apud Ceycem.*
et cui, si demas iugulati crimina Phoci,
omnia contigerant. fraterno sanguine sontem
expulsumque domo patria Trachinia tellus
accipit. hic regnum sine vi, sine caede regebat
Lucifero genitore satus patriumque nitorem
ore ferens Ceyx, illo qui tempore maestus
dissimilisque sui fratrem lugebat ademptum.
quo postquam Aeacides fessus curaque viaque
venit et intravit paucis comitantibus urbem,
quosque greges pecorum, quae secum armenta trahebat,
haud procul a muris sub opaca valle reliquit,
copia cum facta est adeundi tecta tyranni,
velamenta manu praetendens supplice, qui sit
quoque satus, memorat, tantum sua crimina celat
mentiturque fugae causam: petit, urbe vel agro
se iuvet. hunc contra placido Trachinius ore

---

261 nobat (*corr m 2*) ***N*** ‖ sua forma ***M*** **262** Sensit ς* ς *Plan* ‖ tendi ***M*** ς *mg ed Gryph Hs vulgo*, tendit ***N F*** ς* ***g*** *RV*, tendens ***μ*** ς *Jahn* **263** Tunc *ccBersm et Dresd VA* **264** que *om* ***μ e*** ‖ exhibuitque Thetin (*coll VI 44*) *Capoferreus* **265** *i l* ***F***² ‖ ingentemque (*corr* ***n***) ***O*** ‖ achillem (t ingenti achille *i mg m 2*) ***M***, achille/ ***N*** **266** felix est *NJhbb 1888, 267 Polle* **267** crim. fratris ς **269** domu ***l*** ‖ patri(a *ex* ę *m 2*) ***F***, patrię ***l***, patriaque ***h e*** ς ‖ trachinia ***μ e*** ς *VA*, tracinia ***M F h l*** ς, thrac(h)inia ***N*** *R* **270** sine ui *i mg* ***h*** ‖ tenebat ***μ*** ς *Hs vulgo olim*, rege parabat ***F***, gerebat (*sed cf am III 10, 46*) *Housman* **272** ceix ***M μ*** ‖ et illo ***μ*** **273** Dissimilemque ***M*** ς ‖ Dissimilisque sibi ***g*** **275** pauci(s *i r ex corr*) ***M*** **276** *om* (*i l n*) ***O*** ‖ greges secum quae *unus Heinsii Bothe* ‖ pecorum et quae sec. *cBerol Plan*, pec. secumque arm. *cSenat* **277** 276 ***F h l R*** **277** (H *add m 2*) Au(d *ex* t *m 2*) pr. am(u *ex* o *i r m 2*)ris ***M*** ‖ hau(t *i r m 2*) ***F*** **277** *sq distinx* (*ut a v 278 apodosis incipiat*) *Jahn*, *olim puncto post* reliquit (*277*) *posito apodosin aut ab* et intravit (*275*) *aut a v 276 exordiebantur* **278** adendi ***μ*** ‖ ad. tecta ty(i)ranni ***A*** *Plan VA Jahn*, ad. prima t. ς (*i mg* ***n***) *R vulgo* **279** qui(s *add m 2*) ***N*** ‖ quis sit *Jahn* **280** Quo/que (s *eras*) ***F*** ‖ tamen sua ***μ*** **281** Mentitusque (*fort recte*) ς *Hs vulgo olim* ‖ "causam "fuge ***l*** ‖ causam // petit ***e*** ‖ petit *i r* ***F***² ‖ et petit *probante Jahn cZwicc* **282** Setuat (secubat *vel* seiubat *i mg m 2*) h. c. placi(d *ex* t)o ***M*** ‖ Se recipi *cBas* ‖ '*videtur* tuet *legi*' *adscriptum*

talibus adloquitur: ‘mediae quoque commoda plebi
nostra patent, Peleu, nec inhospita regna tenemus.
adicis huic animo momenta potentia, clarum
nomen avumque Iovem. ne tempora perde precando!
quod petis, omne feres tuaque haec pro parte vocato,
qualiacumque vides! utinam meliora videres!’
et flebat: moveat tantos quae causa dolores,
Peleusque comitesque rogant. quibus ille profatur:
‘Forsitan hanc volucrem, rapto quae vivit et omnes
terret aves, semper pennas habuisse putetis:
vir fuit et (tanta est animi constantia!) iam tum
acer erat belloque ferox ad vimque paratus,
nomine Daedalion. illo genitore creatis,
qui vocat Auroram caeloque novissimus exit,
(cura mihi pax est) pacis mihi cura tenendae
coniugiique fuit, fratri fera bella placebant:

ł hunc ł trachinius²
est in Mscr Diez BSant 148ᵉ ‖ hic contra pl. tyrintius *e* ‖ tracinius *vel* thracinius *(ut 269) cett* 283 mœnia pl. ς ‖ p(h *i r m 2*)ebi *F* 284 petent (*corr m 2*) *M* ‖ tecta ς 285 Adicit (*corr m 3*) *F*, Addicit *l* ‖ hoc animo *M*, huic² an. *l* ‖ momenta *cVoss et pro div lect cGronov Hs vulgo*, monimenta *A VA*, monumenta *m* ς *R* ‖ *ταχυρὰς ὑπομνήσεις Plan* 286 O omen *M* ‖ nec *F e μ* ς *Hs vulgo olim* ‖ perde// *N* 287 tua(que *s l m 2*) *e* ‖ uocato *i r n*, notato *mg ed Colon*, uideto ς *Hs* 288 Quali(a *i r m 2*)cūque *F* 289 moneat *M* ‖ quae tantos *ccBersm et Zwicc Hs vulgo olim* ‖ doloris *F* 290 *sic M F μ* ς *V vulgo* ‖ Peleus// comitesque *N*, Peleus (que *om*) com. *e l g* ς, Peleusque et c. *h*, Peleus et c. *R*, Et peleus comitesque ς *A* 291 rapt//q: uiuit (raptor *fuit*) *M*, p̄to que *F*, quae rapto *ccBersm et Zwicc* 292 pennis (*corr*) *F* ‖ putatis *μ* ς* *g* ς 293*sq versum 293 del Hs, quo deleto* putetis: frater erat (*294*) *coni Bentley, receperunt Merkel et Korn, deff versum (append ed exeg) Ehwald et (Rh Mus N F LVI 356) Helm . quae dedi in textu, leguntur in optimis libris, nisi quod recepi* iam tum; *quam coniecturam proposuit Fuß, idem suasit Adv cr II 89 Madvig* ‖ tanta est a. constantia tantum *O*, tanta est a. c. quantum *F* ς* ς *ω*, quanta est a. c. tantum *μ p* ς *Jahn* ‖ quam tunc acer erat *Gronovius*, quondam acer erat *Siebelis* ‖ vir fuit (et—tanta est a. constantin—tantum acer erat b. f. ad v. paratus) nomine *sq distinx Ehwald* 294 Acer e. armisque potens belloque paratus *cGronov* 295*sq* creatis *Mnemos XXII 64 Damsté*, creatus *A ω vulgo* ‖ *distinx Damsté. punctum post* exit (*296*) *ponunt vulgo* ‖ nostro genitore creatus *praef p XXIII Riese²* 297 *om l* ‖ Cura mihi *sumpsi ex M F g e* ς *R et parenth posui*, Cu(lt *i r m 2*)a mihi *N*, Culta mihi *h μ* ς *VA vulgo* ‖ tuendae (uel tenendae *sscr μ*) *μ* ς *Plan A Gierig* ‖ *sensus est*: ‘*mihi cura pacis tenendae tum fuit (et est revera mihi cura pacis!), at fratri f. b. placebant*’ ‖ cura mihi pax est (patriae mihi cura—fuit) *Vollmer* 298 *om O, i l add n, signum ´appinxit m, habent X ω* ‖ Coniugi(umque *i r m 2*) *h*

illius virtus reges gentesque subegit,
quae nunc Thisbaeas agitat mutata columbas.
nata erat huic Chione, quae dotatissima forma
mille procos habuit, bis septem nubilis annis.
forte revertentes Phoebus Maiaque creatus,
ille suis Delphis, hic vertice Cylleneo,
videre hanc pariter, pariter traxere calorem.
spem Veneris differt in tempora noctis Apollo,
non fert ille moras virgaque movente soporem
virginis os tangit: tactu iacet illa potenti
vimque dei patitur; nox caelum sparserat astris:
Phoebus anum simulat praereptaque gaudia sumit.
ut sua maturus conplevit tempora venter,
alipedis de stirpe dei, versuta propago,
nascitur Autolycus furtum ingeniosus ad omne,
candida de nigris et de candentibus atra
qui facere adsuerat, patriae non degener artis;
nascitur e Phoebo (namque est enixa gemellos)
carmine vocali clarus citharaque Philammon.
quid peperisse duos et dis placuisse duobus
et forti genitore et progenitore Tonanti
esse satam prodest? an obest quoque gloria multis?

---

320 *Vinc Bellov Spec hist VI 117*: 'et obest quoque gloria multis'.

---

299 illa eius virtus *Capoferreus* ‖ gentes regesque ***e*** ς **300** thebæs ***M***, tisbeas ***h***, thebeas ς *R* **301** N(a *ex* o)ta ***M*** ‖ quaedam notissima ***M*** ‖ laudatissima ς **302** mille procis placuit (*ex her 7, 123*) ς *Hs vulgo olim* ‖ n(u *i r m 2*)bilis ***N*** **303** phebusque ***l*** **304** cillen(e *ex* i)o ***μ***, cyllenaeo *Plan V* **305** pariter *semel* ***M*** ‖ c(a *ex* o *m 2*)lorem ***O μ***, colorem *Mscr Diez BSant 148*^{e} **307** Non tulit *ccAmbr Berol Dresd Hs vulgo olim* **308** tetigit ***l*** ς *R* **310** praereptaque ***A*** ω *Jahn*, praeceptaque ς *Hs vulgo olim* **311** matur(us *i r m 2*) ***h*** **312** *om* (*i l m 2*) ***N*** **313** autolicus ***O F***, auctolicus ***h***, autylocus ***e*** **312 314 313 315** (*cum* ***A*** *facit* ***μ***) ***μ***^{2} **315 314** ***F h*** *Bothe* **315/316** *om* ***O***, *i l add* ***n*** **315** adsueuit ***e***, assuerat ***h***, assueuit ***n*** **317** philammon *ccPar et Vratisl A vulgo*, phylammon ***M***, philamon ***N F l g***, philemon ***h*** ς *Plan*, pilemon ***μ*** ς, pylemon ***e***. palemon ς **318** duos quid dis *unus Heinsianus Bothe* ‖ et displicuisse ***M***, et displ(a *i r m 2*)cuisse ***N*** **319** Tonanti *Hs vulgo*, tonanti ***M μ e*** ς, tonante ***N F h l*** ς ω, τῷ Ὑψιβρεμέτῃ *Plan*, nitenti ς *Bentley*, comanti *prolus fast p 222 Merkel* **320***sq* esse satae *post Heinsium Bentley* ‖ prod. gloria an (*corr*) ***N*** ‖ an obest q. gloria? multis obfuit, huic certe! quae *distinx Ehwald*

offuit huic certe! quae se praeferre Dianae
sustinuit faciemque deae culpavit; at illi
ira ferox mota est, „factis“ que „placebimus“ inquit.
Nec mora, curvavit cornu nervoque sagittam
inpulit et meritam traiecit harundine linguam.
lingua tacet, nec vox temptataque verba sequuntur,
conantemque loqui cum sanguine vita reliquit.
quam miser amplexans ego tum patriumque dolorem
corde tuli fratrique pio solacia misi!
quae pater haud aliter quam cautes murmura ponti
accipit et natam delamentatur ademptam;
ut vero ardentem vidit, quater impetus illi
in medios fuit ire rogos, quater inde repulsus
concita membra fugae mandat similisque iuvenco
spicula crabronum pressa cervice gerenti,
qua via nulla, ruit. iam tum mihi currere visus

---

321 proferre *l* ‖ danae *M* 322 *et* 323 que *om* *μ* 324 *i mg* h^2 325 Impulit *i r* h^2, Expulit *cBas R Schepperus* ‖ traniecit *μ* ‖ transiecit uulnere *h* 326 tacet *N* ς *Hs vulgo*, iacet *cett Plan ω Jahn* ‖ temptaque *μ* ‖ secuntur *l* 328*sq* quam miser amplexans ego tum patriumque d. corde tuli f. pio] *scripsi post Ehwaldum ea quae exstant in M, praeterquam quod* patriumque *súmpsi ex N . haec enim dicit Ceyx*: ‘*quam* (*Chionen sc*) *amplexans ego miser pio corde et patrium dolorem* (*i e dolorem patris Chiones, qui idem erat frater Daedalion*) *tuli et fratri s. misi*’ ‖ Quam miseram^{2} plexans^{2} (*i e* miser amplexus *m 2*) ego tum patrisque d. *M*, Quam miser (o pietas *i r m 2*) ego tum patriumque d. *N*, Quam miser o pietas (ł amplexans *sscr* F^3) ego tum patruique (ł patrioque *sscr* F^2) d. *F l* ς, Quam miser o pietas ego tum patruique (trio *et sscr et i mg*) d. *μ*, Quam misero . pietas . ego tum . patruoque d. *e*, Quam miser o pietas ego sum patrisque d. *h*, Quam miser amplexans ego tum patrioque ς *R*, Quam miser o pietas ego tunc (tum *g*, nunc *alii*) patrioque d. *g* ς *VA* ‖ patruoque *vel* patriumque ς ‖ quem (misera o pietas) ego tum patruoque dolorem Corde tuli *Hs vulgo olim*, quam miser amplexans e. t. patruoque d. *Merkel*^{2}, quo miser amplexus e. t. patrisque d. *Korn*, quam miser amplexans patris patruique d. *Hartman* ‖ quam miseram amplexans *Siebelis* 329 solacia *i r n*, solamina ς ‖ s. misi (*cf 387 782 XIII 702*) *M cBonon Merkel*^{2}, s. misi dixi *Mscr Diez BSant 148*^{e}, dixi *N X VA vulgo* ‖ *καὶ τῷ οἰκτρῷ συγγόνῳ παραμυθίαν προσήνεγκα Plan* 330 Quod pater *l* ‖ (h *add m 2*)aud *M*, haut *F* ‖ murmur(a *i r m 2*) *e* 331 Accepit (*corr*) *h* 332/339 quater—potitur *del Merkel*^{3} 332 impetus illi *i r n* 333 in (medios—repulsus *i r m 2*) *N* 335 scrabonum *O*, scrabronum (*gl* hornuz *sscr g*) *g l et in mg μ*, scraboum *μ* ‖ lesa *μ* ς, impressa *Bothe* 336 ruit *N μ h l* ς *VA*, fuit (ł ruit *sscr* F^3) *M F R*, ruit *e*, ł fugit^{2} fugit *p* ς

plus homine est, alasque pedes sumpsisse putares.
effugit ergo omnes veloxque cupidine leti
vertice Parnasi potitur. miseratus Apollo,
cum se Daedalion saxo misisset ab alto,
fecit avem et subitis pendentem sustulit alis
oraque adunca dedit, curvos dedit unguibus hamos,
virtutem antiquam, maiores corpore vires,
et nunc accipiter, nullis satus aequus, in omnes
saevit aves aliisque dolens fit causa dolendi.'

Quae dum Lucifero genitus miracula narrat
de consorte suo, cursu festinus anhelo
advolat armenti custos Phoceus Onetor
et 'Peleu, Peleu! magnae tibi nuntius adsum
cladis' ait. quodcumque ferat, iubet edere Peleus,
pendet et ipse metu trepidi Trachinius oris.

Ille refert: 'Fessos ad litora curva iuvencos
appuleram, medio cum Sol altissimus orbe
tantum respiceret, quantum superesse videret,
parsque boum fulvis genua inclinarat harenis
latarumque iacens campos spectabat aquarum,
pars gradibus tardis illuc errabat et illuc,
nant alii celsoque exstant super aequora collo.

---

338 *del Hs* ‖ ergo homines *R* **339** parnassi ***M*** *aliquot edd vett* **340** se *s l add* ***m*** ‖ dadalion ***l*** **341** sustinet ***μ h ς*** **342** (h *add m 2*)amos ***M*** **343** uirtute antiqua ***M*** **344** Ut (*corr* ***n***) ***O*** *Mscr Diez BSant 148e* ‖ nullis satus aequus] *scripsi quae videntur fuisse in* ***O F e l****, hoc enim dicit poeta*: '*accipiter nullis aliis avibus similis natus, in omnes saevit*' ‖ a. nulli/ (s *eras*) sati/s (i *ex* u *per ras*) æquus ***M***, nulli/ (s *eras*) satis equus ***N***, nullis satis (a)equus ***F e l*** *R Hs*, nulli s. aequus ***h μ ς*** *VA vulgo*, *καὶ νῦν ὀξύπτερος, σὐδενὸς ἀποχρῶντος αὐτῷ, στρουθίοις ἐπίσης ἅπασιν ἐπιτίθεται Plan*, nullo satus ales *Hellmuth*, nulli saturatus *Rappold*, multae insatiatus *Postgate* **348** aduocat ***l*** ‖ *Φωκαΐος Plan* ‖ foce(ius anetor *i r m 2*) ***N***, Onetor *JJHartman*, Anector *R*, Anetor ***A*** *VA* **349** Et pele peleu ***l***, Heu peleu peleu *cArondelian ς Hs vulgo olim*, O peleu peleu ***ς***, En peleu peleu *cVoss*, et Peleu, heu Peleu *coni Hs* **351** *del Hs* ‖ et *s l add* ***m*** ‖ trepidi—oris ***M μ p ς*** *ω Merkel*, trepid(at *i r m 2*) t. (heros *i r m 2*, oris *i mg m 3*) ***N***, trepidat—heros ***F*** *ς* ς Plan vulgo olim*, trepidus—heros *probante Burm ς* ‖ tracinius ***M F h l***, thracinius ***N*** *R*, trahinius (tracinius *i mg*) ***μ*** ‖ trepido T. hospes *Polle* **353** a(p *ex* b *m 2*)puleram ***N*** ‖ //orbe ***F*** **354** Quantum—tantum *cGronov* ‖ uidetur ***ς*** **355** genua fuluis ***l*** ‖ incuruarat *cMed* ‖ haren(is *i r m 2*) ***F*** **356** L(a *i r m 2*)tarumque ***N*** ‖ campum ***ς*** *Hs vulgo olim* **357** et istuc ***ς*** **358** Nātalii (Natali *m 1*) ***m***, Nan(t *i r m 2*) alii ***N*** ‖ extant ***N e ς*** *VA Hs vulgo olim*, instant ***M F μ h l p ς*** *R Merkel*

templa mari subsunt nec marmore clara neque auro,
sed trabibus densis lucoque umbrosa vetusto:
Nereides Nereusque tenent (hos navita ponti
edidit esse deos, dum retia litore siccat).
iuncta palus huic est, densis obsessa salictis,
quam restagnantis fecit maris unda paludem.
inde fragore gravi strepitus loca proxima terret:
belua vasta, lupus! † niveisque paludibus exit
oblitus et spumis et sparsus sanguine rictus,
fulmineus, rubra suffusus lumina flamma.
qui quamquam saevit pariter rabieque fameque,
acrior est rabie: neque enim ieiunia curat
caede boum diramque famem finire, sed omne
vulnerat armentum sternitque hostiliter omne.
pars quoque de nobis funesto saucia morsu,
dum defensamus, leto est data. sanguine litus

---

359 mari/ (s *eras*) ***O*** ‖ marmore tecta *cGronov* ‖ neque auro ***O*** μ ω *Korn*, nec a. ***X*** *vulgo* 360 locoque umbr(osa *i r m 2*) ***h*** 361 tenet (n *sscr*) ***M*** ‖ ponti] templi ς *et i mg* ***n***, *item A Hs vulgo olim* 362 littor(e *ex* a) ***h*** ‖ sicco ***M***, sicca(t *i r m 2*) ***N*** 363 Iucta/ (*corr m 2*) ***N*** ‖ huc (*corr m 2*) ***h*** ‖ raris obsessa ς, canis o. *Hs* ‖ operta μ 365*sq* Inde fragore—lupus!] *sic distinxi*, terret lupus exitque *coniungunt vulgo* ‖ frag(ore *i r*) ***e*** ‖ grau(s *add* ***n***) strepitus ***N*** ς *Plan VA*, grauis strepitus ***h*** ς, graui strepitu ***M F l g*** ς *R*, strepitus grauis (*corr*) ***e***, grauı strepitu (grauis strepitus *i mg*) μ ‖ fr. graui strepitans *ccConstantii Fanens et Langermanni Hs vulgo olim*, fr. graui strepit et *Riese* 366 Bella ***M*** ‖ lupus niueisque paludibus ***M*** ς, lupus (sil *i r m 2*)uisque palu(stri *ex* di *m 2*)bus ***N***, l. siluisque paludibus ***p***, l. siluisque palustribus μ ***X*** ω *Hs vulgo*, l. fuluisque palustribus *duo Heinsiani*, *μέγα γάρ τι θηρίον λύκος τῆς λόχμης ἔξεισι καὶ τοῦ ἕλους Plan*, lupus . ulvisque palustribus *Burm*, lupus, iuncisque palustribus (*cf VIII 336*) *Korn*, lupus mucisque palustribus *Merkel*², lupus mucisque paludibus *Polle*, lupus fulvusque paludibus *Transact Oxf Ph Soc 1882/1883, 30 Ellis* ‖ *cum* ***O*** (niueisque paludibus) *hoc loco corruptus sit*, ***X*** (siluisque palustribus) *interpolatus, possis temptare* fulvisque (*cf X 733*) *vel* luteisque (*cf I 434 fast I 158*) paludibus 367*sq* Oblitus est ς, Obsitus et *ccCaelest et Sulm* ‖ spumas ***M*** ‖ et sparsus *recepi ex* ***M*** *cSenat*, et (crasso *i r m 2*) ***N***, et crasso μ ***X*** *Plan* ω *Jahn*, et spisso ς *Hs vulgo olim*, et sparso *cGoth* ‖ spumis, exspersus *Merkel*² ‖ rictu fulmineus *Const Fanensis* 368 Fulmineus ***A*** ω *Plan Jahn*, Fulmineos (*sed cf VIII 355 alia*) ς *Hs vulgo* ‖ raua suff. *Scaliger* ‖ suffussus ***N*** ‖ Rubraque fulminea suffusus l. f. μ 371 famen ***M*** ‖ famem satiare ς *Hs vulgo olim*, fam. sedare ς, fam. lenire ς 372 host. omne ***N*** *unus Heinsianus V Hs vulgo*, omn(e *ex* i *i r*) ***M***, omnes μ ***X*** *Plan RA Jahn*

undaque prima rubet demugitaeque paludes. —
sed mora damnosa est, nec res dubitare remittit:
dum superest aliquid, cuncti coeamus et arma,
arma capessamus coniunctaque tela feramus!'
Dixerat agrestis; nec Pelea damna movebant,
sed memor admissi Nereida conligit orbam
damna sua inferias exstincto mittere Phoco.
induere arma viros violentaque sumere tela
rex iubet Oetaeus; cum quis simul ipse parabat
ire, sed Alcyone coniunx excita tumultu
prosilit et nondum totos ornata capillos
disicit hos ipsos colloque infusa mariti,
mittat ut auxilium sine se, verbisque precatur
et lacrimis, animasque duas ut servet in una.
Aeacides illi: 'pulchros, regina, piosque
pone metus! plena est promissi gratia vestri.
non placet arma mihi contra nova monstra moveri:
numen adorandum pelagi est!' erat ardua turris,
arce focus summa, fessis loca grata carinis:

---

375 rubent *cRottendorphianus Hs* ‖ permugitaeque *malit Riese* **377** (ad *i r m 2*) arma ***N***, ad arma ς **378** capesamus ***h*** **379** et Pelea *Faber* ‖ dicta movebant *Bothe* **380** orbẹ̄ (am *adscr m 2*)***M***, orb(a^{m} *i r m 2*, e *eras videtur*) ***N*** **381** Damna sua ***μ h*** *cPar et e coni Bentley*, Damna sua (s *partim eras*) ***F***, D. suo ***M l*** ς ***ω*** *Hs vulgo olim*, Damna hęc ***e***, D. su(i *i r m 2*) ***N***, D. sui ς *Jahn* **383** Oetaeus ς *A*, oetheus ***l***, /etheus ***N***, etheus (re *sscr m 2*) ***M μ***, otheus ***F***, ęthereus (i. ceix ł ęthеus ab ethe monte *sscr* e^{2}) ***h e n***, *αἰθέριος Plan* ‖ cum queis simul ire *Mscr Diez BSant 148*^{e} **384** alcione ***M F l***, alcinoe ***h*** **385** tortos ς **386** Dissicit ***F e h***, Dissidit (deicit *i mg*) ***l***, Dissecat (*i mg corr* ***μ***) ***μ*** ς, Discutit *vel* Dissipat *vel* disc̨idit ς **387** Ę uetat (v̇ mittat *sscr m 2*) auxilium — uerb(i *ex* a *per ras*)sque ***M*** ‖ Praestet ut aux. *Merkel*^{2}, Euocet aux. *Riese*^{1} ‖ mittere auxilium *latinum esse negat Ciofanus* **388** duas conseruet *ccIhuan et Voss* **389** Aeacides inquit pulchros ***N***, A. dixit pulch. ***p*** *cSenat R* **390** prom. gloria ς ‖ ûri (= vestri, u *ex corr m 2*) ***N***, nostri ς ‖ pr. gratia voti *Hs* **391** mouere ς *RV* **392** t̄rris (terris, turris *?*) ***N*** **393** Arce focus summa ***n*** *cVat Hs Ehwald*, Arce locuṣ (*i e* loci *ex* locus) summa ***M***, A. (f *ex* l *m 2*)ocus s. ***N***, A. locus summus (ł summa *sscr m 2*) ***F***, Arte locus s. *Mscr Diez BSant 148*^{e}, A. loci summa ***p*** *Baumg-Crusius*, A. patens summa *probante Burm cBas Merkel*, A. locus summa ***μ*** ς* ς ***ω*** *Jahn*, a. faces *vel* pharus summa *Hs*, a. iugi summa *Korn* ‖ ardua tectis Arce pharus summa *Bothe* ‖ fessis loca grata c. ***A ω***, *πύργος τῆς χώρας ἀκρόπολις, ταῖς ἀπειρηκυίαις τῶν νεῶν πρόσφορος χῶρος Plan*, fessis nota grata (*item Adv crit II 90 Madvig*) *vel* fessisque notata *vel* fessisque petita *Baumg-Crusius*, fessis lux grata *Merkel*^{2} ‖ turre focus — lux grata *Siebelis*

adscendunt illuc stratosque in litore tauros
cum gemitu adspiciunt vastatoremque cruento
ore ferum, longos infectum sanguine villos.
Inde manus tendens in aperti litora ponti
caeruleam Peleus Psamathen, ut finiat iram,
orat, opemque ferat; nec vocibus illa rogantis
flectitur Aeacidae: Thetis hanc pro coniuge supplex
accepit veniam; sed enim revocatus ab acri
caede lupus perstat, dulcedine sanguinis asper,
donec inhaerentem lacerae cervice iuvencae
marmore mutavit. corpus praeterque colorem
omnia servavit: lapidis color indicat illum
iam non esse lupum, iam non debere timeri.
nec tamen hac profugum consistere Pelea terra
fata sinunt: Magnetas adit vagus exul et illic
sumit ab Haemonio purgamina caedis Acasto.

Ceyx et Alcyone. Somnus.

Interea fratrisque sui fratremque secutis
anxia prodigiis turbatus pectora Ceyx,
consulat ut sacras, hominum oblectamina, sortes,

---

405 *Eutyches Ars I 3 (Keil V 469)*: et indico tam indicis longa i antecedente . . . quam indicas ut . . . apud Ovidium in XI libro metamorphoseon: Omnia—indicat illud [illum *ex* illud *B*], apud eundem in XV [596]: 'Cornua fronte gerit, quem vobis indicat auctor'.

---

394 Descendunt ς ‖ illic *l* ‖ stratos in littora *e* 396 longosque ς ‖ infectos (*corr i mg m 2*) *μ* 397 manum *h* 398 psamathen ς *Plan A vulgo*, psamaten *N F h*, psamatem *μ*, ịpsa ṇi mathen (*puncta pallidiore atram addita videntur*) *M*, psamantem *l*, ph(s *a m 2*)almacem *e*, samathen *g* 399 precantis *e* 400 eacid(is *i r m 2*) *N*, aeacidis *l Mscr Diez BSant 148*^{e} 401 sed enim irrevocatus ς *A* | ab acri *A* (*i r n*) *RA*, ab arci *V*, inagris *M Mscr BSant 348*^{e}, in acri (*sed cf NJ hbb 1894, 194*) *Merkel* 403*sq* inhaerenti *vel* inhaerentis (*sic Bentley*) ς ‖ inhaerentis mut. corpus, praeterque *coniunx Burm* 404 Mutauit psamate (uel corpus *sscr μ*) *μ p* ς ‖ praeterque *μ* ς *Hs vulgo*, pariterque (*sic i mg* μ^{2}) *A ω* 405 Omnia mutauit *i r m 2*) *h*, nomina servavit *Micyllus* ‖ illud *Eutyches* 407 considere *Hs* 408 magetas *M h*, magnetes *e* | adiit *M* ‖ et *om h* ‖ illuc *O* 409 Aemonio *cDresd* | acastro *h*, achasto *μ* 410 fratrique$^{s^2}$—secuti(s *i r m 2*) *N*, secuti *Ben* 411 anxi'ṭ (*i e* anxius ex anxit) *M* ‖ ceix *M* 412 Consul(a *ex* i *m 2*)t *N* ‖ obiectamina (aŧ oblectamina *sscr l*) *F l* ‖ hominum solamina *ep VI 317 Fabri*, animi oblectamina *vel* omni luctamine *vel* remi luctamine *Bentley*, hom. oblenimina *Korn*, h. temptamina *vel* observamina *praef p XXIII Riese*

ad Clarium parat ire deum; nam templa profanus
invia cum Phlegyis faciebat Delphica Phorbas.
consilii tamen ante sui, fidissima, certam
te facit, Alcyone; cui protinus intima frigus
ossa receperunt, buxoque simillimus ora
pallor obit, lacrimisque genae maduere profusis.
ter conata loqui ter fletibus ora rigavit,
singultuque pias interrumpente querellas
'quae mea culpa tuam', dixit 'carissime, mentem
vertit? ubi est, quae cura mei prior esse solebat?
iam potes Alcyone securus abesse relicta?
iam via longa placet? iam sum tibi carior absens?
at, puto, per terras iter est, tantumque dolebo,
non etiam metuam, curaeque timore carebunt!
aequora me terrent et ponti tristis imago:
et laceras nuper tabulas in litore vidi
et saepe in tumulis sine corpore nomina legi.
neve tuum fallax animum fiducia tangat,
quod socer Hippotades tibi sit, qui carcere fortes
contineat ventos et, cum velit, aequora placet!
cum semel emissi tenuerunt aequora venti,
nil illis vetitum est, incommendataque tellus
omnis et omne fretum est. caeli quoque nubila vexant

---

413 clariū *ex corr m 2* (claru *fuit*) ***M***, clari(u$^{m}_{i^2}$ *i r m 2*) ***N***, c(l *ex* r)arium ***F***, clarum ***e*** ‖ clarium rogat *Ben* ‖ profanis ς **414** phlegiis ***l*** ς, phlegyis *VA*, *τοῖς Φλεγύαις Plan*, p$^{h^2}$legiis ***M***, Plegiis *R*, fl(e *i r m 2*)giis ***N***, flegÿis ***F***, phegiis ***h g***, phlegris ***μ*** ‖ faciebant *ccBas et Voss Hs vulgo olim* **415** certum *Ms Diez BSant 148^{e}* **416** alconoe ***l***, alcione ***M*** ς, halcyone ς **417** /ora (h *eras*) ***M*** **418** abit *vel* adit *vel* habet ς **419** ligavit *apud Bothium p 174 JHVoss* **420** interrupere ***p*** ‖ querelas (*sic plerumque*) ***F h l*** **421** *sq* tuam uertit ***M*** ‖ karissime ***M F e*** ‖ tuam uertit, c., mentem? eia ubi iam, quae cura mei prius *Hs* **422** Est ubi namque cura mei ***M*** ‖ Uertit ubi est *et* solebat *i r* ***n*** ‖ est *om* ***e*** ‖ prius ***l*** ς *Hs vulgo olim* **423** *om* ***N***, *i mg* ***n*** ‖ alcione (*sic saepe*) ***M F*** ‖ abire ***μ*** *ccBersm et Patav*, adesse ***e*** **424** abscens ***l*** ‖ *puncto post* absens *incidebant ante Jahnium* **426** *del Gronovius* ‖ Non etiamque$_{2}$ metu ***M***, metuamque *i mg* ***m*** ‖ tremore *Bothe* ‖ carebunt? *A* **427** terrent ac *Bothe* ‖ pontis ***l*** **428** En lac. ***e***, Elaceras ***l***, Nam laceras *cSenat* **429** titulis (ŧ tumulis *sscr* ***l***) ***F l***, in tumulis *i mg* ***h***^{2} **431** hypotates ***F***, hypotades ***l***, ipodates ***h*** ‖ carcere *ex corr* (corpore *fuit*) ***F*** ‖ carc. uentos ***l μ*** **432** fortes et ***l μ*** ‖ placat ***M***, mulcet *cGronov* **433** tenuerunt caerula (*vel* aera) fratres *Hs* **434** est *om* ***h*** **435** est *om* ***l*** ς *R*, *del Hs vulgo* ‖ uerrunt *cBas Bothe*

excutiuntque feri rutilos concursibus ignes.
quo magis hos novi (nam novi et saepe paterna
parva domo vidi), magis hos reor esse timendos.
quod tua si flecti precibus sententia nullis,
care, potest, coniunx, nimiumque es certus eundi,
me quoque tolle simul! certe iactabimur una,
nec nisi quae patiar, metuam, pariterque feremus,
quidquid erit, pariter super aequora lata feremur.'
Talibus Aeolidis dictis lacrimisque movetur
sidereus coniunx; neque enim minor ignis in ipso est.
sed neque propositos pelagi dimittere cursus,
nec vult Alcyonen in partem adhibere pericli,
multaque respondit timidum solantia pectus.
non tamen idcirco causam probat; addidit illi
hoc quoque lenimen, quo solo flexit amantem:
'longa quidem est nobis omnis mora: sed tibi iuro
per patrios ignes (si me modo fata remittant!),
ante reversurum, quam luna bis inpleat orbem.
His ubi promissis spes est admota recursus,
protinus eductam navalibus aequore tingi

---

440 *sq Hist Apoll 24 p 44, 9 sq Riese*^{2}: coniunx vero . . . profusis lacrimis (*cf ap Ov 418*) ait 'care coniunx . . . pariter navigemus'.

456 *Quint Inst Or IX 4, 65*: cum uersus cluditur Appennino et armamentis et Oreione (*illud* Appennino *referunt ad Pers sat 1, 95, sed cf met II 226* nubifer Appenninus *et Aen III 517* circumspicit Oriona).

---

436 feri *scripsi*, feri s^2 *N*, fere ***M*** *Mscr Diez BSant 148*^{e}, feris *cett* ω *vulgo* ‖ incursibus μ, occursibus *cBas*, concussibus *ccAmbr et Barberin* 437/438 *om* ***O***, *i l n* 437 magis hos μ *h l* ς ω, mag. hoc ***F*** *n* ς *Hs*, m. hoc (ł hos *sscr m 2*) ***e*** 439 Quo tua siȩ ***M*** ‖ precibus flecti *h* 440 care potens *l* ‖ potes c. nim. (es *add m 2*) certus *h* 441 iactabimur ***e***, iactabimus (*corr*) μ ‖ unus *Mscr Diez BSant 148*^{e}, undis μ ς, unda *vel* alto ς 442 Nec si qua (*corr*) μ 443 Quicquid ***F*** ‖ pariter *om l* ‖ feremus *h*, vehemur *vel* trahemur *Hs* 444 aeolidos ς *Hs vulgo olim* 445 Sydereus ***O*** ‖ coniux ***N*** ‖ neque iam minor ***e*** ‖ in illo (*corr*) est μ 446 praepositos *l* 447 Nec tulit *cMedic Bothe* ‖ altionē (*sic*) ***F***, alcionem *l*, alchyonē ***e***, alcinoen *h* 448 solātia ***O*** 449 Nec tamen ς *Hs vulgo olim* ‖ illi (*Alcyonae sc, cf IX 356*) ***M F l*** *cGoth*, illis *cett* ω *vulgo* 450 flectit *l* 451 est *om ccBersm et Senat del Hs vulgo olim* 452 Per apatrios *h* ‖ me, si modo *p 145 Hartman* ‖ fa/ta (c *eras*) ***M***, uota (*cf Hellmuth p 230*) *cNicolav* ‖ remittant ***O*** *h* ς ω *Jahn*, remittent ***F e l*** ς *Hs vulgo*, remittunt μ 453 quam bis luna ***F*** *h l* ς 454 p//missis (*i e* promissis, er *eras*, p *ex* p *m 2*) ***M*** 455 et ductam *h* ‖ tingui ***F***, tangi (ł tingui *adscr m 2*) ***e***

aptarique suis pinum iubet armamentis.
qua rursus visa, veluti praesaga futuri,
horruit Alcyone lacrimasque emisit obortas
amplexusque dedit tristique miserrima tandem
ore ‘vale’ dixit conlapsaque corpore toto est.
Ast iuvenes, quaerente moras Ceyce, reducunt
ordinibus geminis ad fortia pectora remos
aequalique ictu scindunt freta. sustulit illa
umentes oculos stantemque in puppe relicta
concussaque manu dantem sibi signa maritum
prima videt redditque notas; ubi terra recessit
longius, atque oculi nequeunt cognoscere vultus,
dum licet, insequitur fugientem lumine pinum.
haec quoque ut haud poterat spatio submota videri,
vela tamen spectat summo fluitantia malo;
ut nec vela videt, vacuum petit anxia lectum
seque toro ponit: renovat lectusque locusque
Alcyonae lacrimas et quae pars admonet absit.

---

473 *Priscianus VIII 36*: ‘resto restiti’, ‘consto constiti’, ‘prosto prostiti’. Ovidius tamen ‘abstit’ pro ‘abstitit’ protulit in XI metamorphoseon: ‘Alcyonae [alcyone *RGLK*, altione *DH*. alcione *B*] lacrimas et quae pars admonet [ammonet *L*] abstit’ . et ‘absisto’ enim et ‘absto’ ‘abstiti’ facit.

---

456 Aptarique ***X*** *ω vulgo*, Armarique *fort recte* (*cf XIII 581 et Hermes XXXIX 56*) ***O μ ς*** *Mscr Diez BSant 148e*, ornarique *Burm* ‖ iubet armaque mentis (*corr*) ***g*** **457** Qu(a *ex* o *i r m 2*) r. uis(a *ex* o *i r m 2*) ***N*** **458** altione ***F***, alcinoe ***h*** ‖ lacrimas emisit ***F***, lacrimas et misit ***μ*** ‖ abortas ***O h l μ*** **459** tristisque (*corr* ***μ***) ***μ l*** **460** tota est (*ex VI 293*) *ccBerol Dresd Goth Hs vulgo olim* **461** Ast ***M*** *Hs vulgo*, At (*cf Leo Sen I 214sq*) ***N X ω*** ‖ iuuuenes ***F*** ‖ (m *add m 2*)oras ***M*** **463** findunt ***ς*** ‖ sustinet ***ς*** **464** Humentes ***M F*** ‖ relicta (*Alcyone sc, cf her 3, 66*) *recepi ex* ***M F l ς***, re(curua *i r m 2*) ***N***, recurua ***e h F*³ *μ ς ω*** *vulgo*, reducta *vel* redunca *Hs* **465** d(a *i r m 2*)ntem ***M*** **466** prona videt *Hellmuth* **467** utque oculi *Hs* ‖ nequiunt ***μ*** **469** haut ***F*** ‖ ut (haut *sscr*) p. ***e***, haud (poterat *i mg m 2*) ***h*** ut potabit (haud poterat *ex* aut pot. *i mg*) ***μ*** ‖ semota ***ς*** ‖ uidere ***M*** **470** Vela *ex corr* (Vale *fuit*) ***F*** ‖ uolitantia *cCantabr* **472** luctusque loc. *cSenat*, lectusque torusque *cBas et post Gronovium Housman Journ of ph XVI 35, sed cf trist IV 3, 23* **473** Alcyonae *ccMedic et Voss Merkel*, Alcione ***M***, Alcyone *Priscianus*, Alęciones ***F***, Alciones ***μ h l***, Alcyonis ***e***, Alcyones ***g ς***, Halcyonae *Hs vulgo olim* ‖ ammonet ***M*** ‖ abstit (ut i psian’ dicit abstit pro abstitit *i mg* ***l***) *Priscianus et ex eo* ***l ς***, obstat *i r* ***e***², abst(at *alio atram add*) ***F***, abs(ta *i r*)t ***μ***, abstet ***ς***

Portibus exierant, et moverat aura rudentes:
obvertit lateri pendentes navita remos
cornuaque in summa locat arbore totaque malo
carbasa deducit venientesque accipit auras.
Aut minus, aut certe medium non amplius aequor
puppe secabatur, longeque erat utraque tellus,
cum mare sub noctem tumidis albescere coepit
fluctibus et praeceps spirare valentius eurus.
'ardua iamdudum demittite cornua' rector
clamat 'et antemnis totum subnectite velum.'
hic iubet: inpediunt adversae iussa procellae,
nec sinit audiri vocem fragor aequoris ullam.
sponte tamen properant alii subducere remos,
pars munire latus, pars ventis vela negare.
egerit hic fluctus aequorque refundit in aequor,
hic rapit antemnas. quae dum sine lege geruntur,
aspera crescit hiems, omnique e parte feroces
bella gerunt venti fretaque indignantia miscent.
ipse pavet nec se, qui sit status, ipse fatetur
scire ratis rector, nec, quid iubeatve velitve:
tanta mali moles tantoque potentior arte est.

488 *Lact Plac Comm in Stat Theb V 382*: Ouidius 'Egerit hic—in aequor'.

474 Portibus M^{v2}, Portubus ς *Hs vulgo olim* 475 pendentis *cVratisl* 476 Cornua(que *add m 2*) *N* ‖ totaque *ex* tantaque *F*, tortaque ς 477 d(i *i r m 2*)ducit *N* ‖ que *om e* ‖ uenientisque *R* ‖ excipit ς *Burm* 478 Haud minus *M* ‖ non eminus (e *et* in *i r m 2*) *N*, ł amplius *sscr* (*m 3*) *n* 479 se(ca *i r m 2*)batur *e*, sequebatur *p* ‖ ultraque *g* ‖ longe aeque erat *Bach* 481 ualenti(us *ex corr m 2*, ualentior *fort fuit*) *F* 482 iamdudum demittite *coniunxit JH Voss*, iamdudum rector clamat *coniungebant vulgo olim* ‖ demittite *cGoth A Hs vulgo*, *καθέλκετε Plan*, demittere *F cZwicc*, dim(ittere *i r m 2*) *h*, dimittere *ccSenatorii R*, dimittite *A V* 483 amptēpnis *M*, antennis (*sic saepe*) *N h e* ‖ tortum *Hs* ‖ subnect(ero *i r m 2*) *h*, subnectere ς *R*, subducite *vel* submittite *vel* submittere *similia* ς 484 Hinc *l*, H(ec *i r m 2*) *N*, 485 fragor aetheris *cMedic* 486 alii/ (s *eras*) *M* ‖ ł subducere^{2} succedere *e* 488 que *om M* μ 489 antempnis μ, amtēpnas M^{na} ‖ geruntur *N* ς* ς. reguntur *M F* μ *g* ς 490 yems *h* ‖ a parte *F e l* ς, ex p. *g* 492 Ecce pavet *in Bibl Dicz 1075 Hs* ‖ nec (se *i r m 2*)qui (sit *i mg m 2*) *h* ‖ qui(s *add m 2*) *N*, quis *g* ς 493 uelitue (*cf Hermes XXXIX 52*) *recepi ex O F* μ *l* ς *Plan* ω *Jahn*, uelitque *h*, uetetue (*cf trist I 2, 31*) *e* ς *Hs vulgo* 494 ma(li *i r m 2*) *N* ‖ tant(a *ex* o *m n*)que *O*, tantumque *l*, tantaque *g* ς, totaque ς *Hs vulgo olim*, cautaque *coni Hs*, doctaque *Burm*

quippe sonant clamore viri, stridore rudentes,
undarum incursu gravis unda, tonitribus aether.
fluctibus erigitur caelumque aequare videtur
pontus et inductas adspergine tangere nubes;
et modo, cum fulvas ex imo vertit harenas,
concolor est illis, Stygia modo nigrior unda,
sternitur interdum spumisque sonantibus albet.
Ipsa quoque his agitur vicibus Trachinia puppis,
et nunc sublimis veluti de vertice montis
despicere in valles imumque Acheronta videtur,
nunc, ubi demissam curvum circumstetit aequor,
suspicere inferno summum de gurgite caelum.
saepe dat ingentem fluctu gravis icta fragorem
nec levius pulsata sonat, quam ferreus olim
cum laceras aries ballistave concutit arces,
utque solent sumptis incursu viribus ire
pectore in arma feri protentaque tela leones,
sic ubi se ventis admiserat unda coortis,
ibat in arma ratis multoque erat altior illis.
Iamque labant cunei, spoliataque tegmine cerae
rima patet praebetque viam letalibus undis.

---

495 stridere *cSenat* ‖ (ru *i r m 2*)dentis$^{e^2}$ ***N*** 495/496 *del Merkel*^{2} 496 ventorum incursu *Bothe vulgo olim,* ‖ (to *i r*)nitibus$^{r^2}$ ***e*** 497 celumque *i r* ***n*** 498 induct(u *ex* a)s asper(g *ex* n *m 2*)ine ***M*** ‖ tingere *cMoreti Burm vulgo olim* 499/500 *del Merkel*^{2} 499 uertit ***A*** *ω Ehwald,* uerrit ***μ g ς*** *Hs vulgo* 501 que *om* ***μ*** ‖ sp. tumentibus *ccPal et Senat Bothe* 502 trachinia ***e μ ς*** *Plan vulgo,* thracinia *R,* tracinia *cett* 503 Et modo *ccGoth et Gronov Hs vulgo olim* 504 acherunta *cSenat* 505 dimisse ***F l,*** demissae *ccAmbr et Senat,* demissa ***p*** ‖ dem. pinum *cMenardi* ‖ circumst(e *ex* i *m 2*)tit ***F,*** circumstitit ***e*** 506 suscipere ***l*** 507 fluctus ***l,*** fluctum ***h*** ‖ fluctu grauis (*cf 496 VII 355 XII 118*) *recepi ex* ***M,*** fluctus grauis *Mscr Diez BSant 148*^{e}, fluctu lat; (*i e* latus, l *et*; *i r m 2*) ***N,*** fluctu latus ***X*** *ω vulgo* ‖ icta *i r* ***h***^{2} 508 tonat *cDresd* 509 balistaue ***N F*** *Ehwald* ‖ contudit *cPal* 510/513 *del Merkel*^{2} 510 que *om* ***l*** ‖ incursus ***M,*** in cursus ***ς,*** in cursu/ (s *eras*) ***N,*** in cursu ***l ς*** *Hs vulgo olim* 511 a(rm *ex* nn)a ***M*** ‖ praetentaque ***ς*** *Hs vulgo olim* ‖ te(la *i r m 2*) ***N*** ‖ leonis (*corr* ***μ***) ***M μ*** 512 admiserat *Mscr Diez BSant 148*^{e} ***ς*** *Hs vulgo,* amiserat ***M,*** (co *i r m 2*)miserat ***N,*** commiserat ***F e l ς*** *ω,* commi(scuit *i r m 2*) ***h*** ‖ cohortis ***O l*** *RV,* choortis ***h***, coactis *ccFrancof et Pal Bothe* 513 multo tamen altior ***ς*** 514 caedae^{r} ***M*** 515 que *om* ***h***

ecce cadunt largi resolutis nubibus imbres,
inque fretum credas totum descendere caelum,
inque plagas caeli tumefactum adscendere pontum.
vela madent nimbis, et cum caelestibus undis
aequoreae miscentur aquae; caret ignibus aether,
caecaque nox premitur tenebris hiemisque suisque.
discutiunt tamen has praebentque micantia lumen
fulmina: fulmineis ardescunt ignibus ignes.
Dat quoque iam saltus intra cava texta carinae
fluctus; et ut miles, numero praestantior omni,
cum saepe adsiluit defensae moenibus urbis,
spe potitur tandem laudisque accensus amore
inter mille viros murum tamen occupat unus,
sic, ubi pulsarunt noviens latera ardua fluctus,
vastius insurgens decimae ruit impetus undae;
nec prius absistit fessam oppugnare carinam,

---

517 *sq Scholia in Lucan V 642 Us*: Ouidius 'Inque fretum credas—ascendere pontum'.

526 *Priscianus X 51*: 'salio salivi' vel 'salii' et 'salui', . . . Ovidius in XI metamorphoseon: 'Cum saepe adsiluit [assiluit *GL*, insiluit *K*] defensae moenibus urbis'.

516/519 *i mg* ***N*** **516** cadunt late ***p*** ‖ imbribus imbres ***e*** ‖ (i *ex* u *per ras m 2*)mbres ***M*** **517/519** *del Merkel*^{2} **517** descende^{re2} ***M***, discedere ς, desidere *Hs* **518** *om* ***M*** ‖ scandere ***F h l g*** ς *VA*, surgere ς, escendere *Crepund III 23 p 165 Gebhardus* **519** nimbis madent (*corr*) ***h*** **521** tenebrisque *frg Caesen et cLeid* ‖ suique *R* **522** micantia ***n g*** *VA Hs vulgo*, minantia ***N h e*** μ ς *R Jahn*, min^{-2}acia ***M***, minacia *Mscr Diez BSant 148*^{e}, minati^{n2}a ***F***, minancia ***l g***, micacia *Hs, cf ad I 91* **523** Flumina fulminibus *Mser Diez BSant 148*^{e} ‖ fulmin(eis *i r m n*) ***M N***, fulminis μ ‖ candescunt ***e*** ‖ ignibus ignes *sumpsi ex* ***M*** *Mscr Diez BSant 148*^{e}, ignibus (un *i r m 2*)de/ ***N***, ignibus und(a)e μ ***X*** *Plan* ω *vulgo*, ignibus imbres *Cambr Ph Soc III 151 Housman* ‖ *magnifice et exquisite dicit poeta illos ignes nocturnos (sidera sc), qui modo (520) exstincti esse videbantur, tum fulminibus accensa arsisse et apparuisse (cf I 254 II 313 fast VI 439)* **524** Da(t *i r m 2*) ***N***, Dant ***l*** ς ‖ salt'^{2} is (*i e* saltus *m 2*) ***M*** ‖ inter caua ς ‖ transtra car. *ccArond et Leid* **526** assiliit ***N*** ς, adsiliit ***e*** **528** m(u *ex* i *m 2*)rum ***F*** **529** noviens latera *Merkel*, noueni (*i r m 3*) latera ***n***, celsi (*i r a m 3 m*) latera ***M N h g*** ς *Plan* ω *Jahn*, celi latera ***F l*** ς, acres (t celsi *sscr* ***e***^{2}) latera μ ***e*** ς *Hs vulgo olim*, nauis (*vel* puppis) latera ς, caeci lat. *coni Hs*, caelum et lat. *Bothe* ‖ fluctu(s *add m 2*) ***M*** **530** decume ***l*** *cMedic* **531** es(is *ex* u)tit ***F***, esistit ***l*** ‖ obpugnare ***O***

quam velut in captae descendat moenia navis.
pars igitur temptabat adhuc invadere pinum,
pars maris intus erat. trepidant haud segnius omnes,
quam solet urbs aliis murum fodientibus extra
atque aliis murum trepidare tenentibus intus.
Deficit ars animique cadunt, totidemque videntur,
quot veniunt fluctus, ruere atque inrumpere mortes.
non tenet hic lacrimas, stupet hic, vocat ille beatos,
funera quos maneant: hic votis numen adorat
bracchiaque ad caelum, quod non videt, inrita tollens
poscit opem, subeunt illi fraterque parensque,
huic cum pignoribus domus et quodcumque relictum est.
Alcyone Ceyca movet, Ceycis in ore
nulla nisi Alcyone est; et cum desideret unam,
gaudet abesse tamen. patriae quoque vellet ad oras
respicere inque domum supremos vertere vultus,
verum ubi sit, nescit; tanta vertigine pontus
fervet, et inducta piceis e nubibus umbra
omne latet caelum, duplicataque noctis imago est.
Frangitur incursu nimbosi turbinis arbor
frangitur et regimen, spoliisque animosa superstes
unda, velut victrix, sinuataque despicit undas

---

533 *del Merkel*^{2} ‖ tendebat *duo Heinsiani et ad Stat Silv II 6, 70 Markland* 534 *om* **O**, *i l* **n**, *habent* **X** ω ‖ eraṇt **F** ‖ haud(t) segnius (*cf VII 770*) **A** *Plan RV Jahn*, non segnius **R**, haud(t) secius (*vel* setius) *ad II 809 Hs vulgo*, h. sequius *Scaliger* ‖ omnis **F** 535 murum *om* **h** 536 *i mg* **N** ‖ mirum **M** ‖ tentibus (en *sscr m 2*) **e**, tuentibus ς 538 ueniunt **X** μ *VA Jahn*, ueni(u *i r ex corr*)nt **N**, ueniant **M** ς **R** *Hs vulgo olim* ‖ montes **p** ς 539 tenet hic (ac *sscr m 2*) **M** 540 numina ad. *in Bibl Diez 1075 Hs* 542 illi fratresque parensque ς *Hs vulgo olim*, fraterque paterque **e** ς, materque parensque (paterque ς *cDresd A*) ς 543 quodcumque **N F g** ς *Ehwald*, quodcū/que (i *eras*, quodcuique *fuit*) **M**, quodcuicumque **e**, quodcuique μ **h l** ς ω *vulgo* 544/545 alcinoe **h** 544 Alcyne **F**, Alcione **M** ‖ ceica **M** ‖ hore **M** 545 alcione **M F** ‖ desiderat μ ς 546 patrias q. *Hs* ‖ horas *i r* **h**^{2} 547 domo **e** ‖ flectere ς 548 Uertere ubi **l** 549 inducta species *Ms Diez BSant 148*^{e} 550 mortis **p** ς 551 *i mg* **N** ‖ in cursu **l** ‖ nymbis (i *ex* o) **F** ‖ arbos *Hs vulgo olim* 552 *sq* animata **p** ‖ superstes **e**, superstans **g** ς, superstat ς, superbit **p** ς ‖ superstans—sinuatas d. undas *Hs* 553 sinuatas **e** ς ‖ dispicit **M** ‖ undam **h** ‖ sin. d. alas (*i e antemnas*) *Burm*, sinuatas d. alnos (*i e navem ex alnis compactam*) *cCantabr Bothe*; sin. d. alveum *Bach*

nec levius, quam siquis Athon Pindumve revolsos
sede sua totos in apertum everterit aequor,
praecipitata cadit pariterque et pondere et ictu
mergit in ima ratem; cum qua pars magna virorum,
gurgite pressa gravi neque in aera reddita fato
functa suo est, alii partes et membra carinae
trunca tenent: tenet ipse manu, qua sceptra solebat,
fragmina navigii Ceyx socerumque patremque
invocat heu! frustra. sed plurima nantis in ore est
Alcyone coniunx: illam meminitque refertque,
illius ante oculos ut agant sua corpora fluctus,
optat, et exanimis manibus tumuletur amicis.
dum natat, absentem, quotiens sinit hiscere fluctus,
nominat Alcyonen ipsisque inmurmurat undis.
ecce super medios fluctus niger arcus aquarum
frangitur et rupta mersum caput obruit unda.
Lucifer obscurus nec quem cognoscere posses
illa luce fuit, quoniamque excedere caelo
non licuit, densis texit sua nubibus ora.
Aeolis interea tantorum ignara malorum
dinumerat noctes, et iam, quas induat ille
festinat vestes, iam quas, ubi venerit ille,

---

554 pindumque *F h l g* ‖ reuolsos *N*, reuolsos *cGronov*, reuulsos *cett vulgo* 555 ap. euerterit *M ς R Hs vulgo*, ap. euerteret *μ X VA Jahn*, apertum uerterit *probante (ZOG 1896, 868) Hilbergio N* ς, ap. uerteret *g* ς, ap. mitteret ς ‖ Pindumve vel Ossam Sede sua motos *Hs* 556 Pr. ruit ς *Hs vulgo olim* 558 aere *μ N e* ς *R*, aer(a *ex* e *m 2*) *M* 560 qui sc. *e* ‖ sceptra tenebat ς 561 remigii *ccGronov et Berol* 562 sed plur. *X ω vulgo*, (sed *i r m 2*)plur. *N*, nam plur. *fort recte M μ* ‖ *potuit enim dicere poeta, Ceycem propterea frustra invocasse socerumque patremque, quia tum quoque nomen uxoris plurimum in eius ore esset* ‖ hora *M* ‖ ore est *sumpsi ex N* ς *R*, est *om M X*, *del Hs vulgo* 563 Alcinoe *h*, Alcione/ (m *eras*) *M* ‖ Alcyone est coniunx *e* ς 565/566 *om M*, *i mg m* 566 iscere *μ* 567 alcinoen *h*, alcionē *M F*, alcyonē *e* ‖ ipsamque *Schepperus* 569 unde *i r h*^{2} 571 Illa luce fuit *recepi ex M l F*^{3} *cVratisl*, I. fugit fuco *F*, I. fugit lucem *F*^{2}, I. (nocte *i r m 2*) fuit *N*, Illa in nocte f. *R*, Illa nocte f. *l*^{2} *μ* ς* ς *Plan VA vulgo* ‖ quoniam cui *e*, cui quamquam *ccArgent et Thysian* ‖ exc. Olympo *cReg Hs vulgo olim*, *εἰς τὸν οὐρανὸν ἐξελθεῖν Plan* 572 contexit nubibus o. *e* ‖ sua texit ς 573 Aeol(ii *ex* u)s—igna *M* ‖ magnorum *R* 574 noctes (et *i r m 2*) *N* ‖ noctes // induat ille et iam quas (*corr*) *F* 575 ipse *A*

ipsa gerat, reditusque sibi promittit inanes.
omnibus illa quidem superis pia tura ferebat,
ante tamen cunctos Iunonis templa colebat
proque viro, qui nullus erat, veniebat ad aras
utque foret sospes coniunx suus utque rediret,
optabat, nullamque sibi praeferret; at illi
hoc de tot votis poterat contingere solum!
At dea non ultra pro functo morte rogari
sustinet, utque manus funestas arceat aris,
'Iri, meae' dixit 'fidissima nuntia vocis,
vise soporiferam Somni velociter aulam
exstinctique iube Ceycis imagine mittat
somnia ad Alcyonen veros narrantia casus.'
Dixerat, induitur velamina mille colorum
Iris et arcuato caelum curvamine signans
tecta petit iussi sub nube latentia regis.
Est prope Cimmerios longo spelunca recessu,
mons cavus, ignavi domus et penetralia Somni,
quo numquam radiis oriens mediusve cadensve
Phoebus adire potest; nebulae caligine mixtae
exhalantur humo dubiaeque crepuscula lucis.
non vigil ales ibi cristati cantibus oris
evocat Auroram, nec voce silentia rumpunt
sollicitive canes canibusve sagacior anser;
non fera, non pecudes, non moti flamine rami
humanaeve sonum reddunt convicia linguae:

---

578 Iunonia *Hs* 580 atque rediret ***h*** 581 et illi *Bothe* 583 profuncti (de *sscr* ***m***) ***M F h e***, pro functi ς ‖ rogata ***F*** 588 (Somnia *i r m 2*) ad ***h*** ‖ alcionen ***M***, alcinoen ***h***, alci(y)onē ***F e*** ‖ imitantia casus (*cf 626 et ex P I 2, 45*) ς *Gierig* 590 arcato ***N*** ς, arc/ato (c *et ipsum i r m 2*)to ***h***, arquato ς ω *Hs vulgo olim*, arguto *vel* aequato *alia* ς 591 sub rupe ς *Hs vulgo olim*, sub nocte ς ‖ spissa sub nube *Bentley* 592 chymerios ***N***, c(y *ex* i)merios ***μ***, cimerios ***M e l*** ‖ longi sp. recessus *cGronovii* 594 mediusque cadensque *cBerol* 596 Exalantur ***O F*** ‖ crep. noctis ς 597 ubi ***h*** ‖ uigilaṛes ibi cristaṇtiṣ (t *prius*, *item* s *alterum et puncta a m 2*: crisanti *fuit*) ***M***, cristanti (n *partim eras*) ***F*** 598 ne uoce ***e***, non uoce ς *A* 599 Sollicitique ***h***, Sollicitaeue ς ‖ canibusque ***h e Ben*** ‖ garula nec progne stertentia pectora mulcet *i mg add* ***F*** ², *eundem versum i mg inferiore add et signo ad 599 revocavit* ***μ***, *eundem in textu post 599 habent* ***g*** ς *R* 600 Nec fera *ccBerol et Bersm* 601 *del Faber* ‖ somnum ***M***, sono ς ‖ conitia ***M***

muta quies habitat; saxo tamen exit ab imo
rivus aquae Lethes, per quem cum murmure labens
invitat somnos crepitantibus unda lapillis.
ante fores antri fecunda papavera florent
innumeraeque herbae, quarum de lacte soporem
Nox legit et spargit per opacas umida terras.
ianua nec verso stridores cardine reddit:
nulla domo tota est, custos in limine nullus.
in medio torus est ebeno sublimis in atra,
plumeus, unicolor, pullo velamine tectus,
quo cubat ipse deus membris languore solutis.
hunc circa passim varias imitantia formas
somnia vana iacent totidem, quot messis aristas,
silva gerit frondes, eiectas litus harenas.
Quo simul intravit manibusque obstantia virgo
somnia dimovit, vestis fulgore reluxit
sacra domus, tardaque deus gravitate iacentes
vix oculos tollens iterumque iterumque relabens
summaque percutiens nutanti pectora mento
excussit tandem sibi se cubitoque levatus,
quid veniat (cognovit enim), scitatur, at illa:

---

602 Multa (ł Muta *sscr* e^2) ***e l*** ς, Tuta *Micyllus* 603 lętheus ***l*** ‖ per quam ***h*** ‖ lambens ς ‖ querulo quae murmure labens *vel* leni quae m. labens *Burm*, querulo cum m. l. *ad Stat Theb X 96 Barth* 605 papapera ***F*** 607 Nox *Ehwald*, nox *vulgo* 608*sq* Ianua nec—reddit ***h e n*** ς *Korn*, Ian. ne—reddit O^{c3}, Ian. ne—redd(i *ex* a *m 3*)t ***F***, Ian. ne—reddat ***μ l g*** ς *Plan ω Jahn vulgo*, Ian. quae—reddat, nulla ς *Hs vulgo olim* ‖ uero str. ***M***, (uer *i r m 2*)so ***N*** ‖ stridorem ***N e l g*** ς *VA Hs vulgo olim* ‖ carmine ***l*** *cGoth* 609 tota est ***N*** ς *cBerol R*, est *om cett VA*, *del Hs vulgo* ‖ per limina ***g*** 610 In medio torus est (h)ebeno s. in atra (ł antro *i mg* F^2) *sumpsi ex* ***F l*** *cMed*, In medio t. est hebeno s. in antro ***M μ*** ς *V*, In m. thorus (est *om*) ebe(no *i r m 2*) s. in antro ***h***, Et (*ex corr*, In *videtur fuisse*) medio—in antro ***N***, At medio—in antro ***e*** ς *A Jahn vulgo*, At medio—in atra *cMed Hs vulgo olim*, ἐν δὲ μέσῳ τῷ ἄντρῳ στρωμνὴ πτερωτὴ κεῖται ἐβένῳ μετέωρος *Plan*, At medio t. e. ebeni s. in antro *coni Hs* ‖ *cf 235 VIII 677 X 601* 611 *obelo not Merkel*[3] ‖ Pl. unicolor (*cf fast IV 489*) ***X*** *ω vulgo*, ἐνὸς ἅπασα χρώματος *Plan*, Pl. /u(ni *i r m 2*)color ***N***, Plumeus atque color ***M*** F^2, Pl. utue color *cSpirens*, Pl. aequicolor *cBerol Hs*, Pl. atricolor *coni Hs*, *prob Ehwald* 612 solutus *JHVoss* 613 Hunc circa regem ***h*** 614 vana volant *Bentley* ‖ me/sis ***M*** 615 eiectat ***e*** ς 616 manibus(que add ***n e***, *om* ***h***) ***N e h*** 617 refulsit ***h*** ς 618 atra (*vel* caeca) domus *Hs* 619 tollens iterum(que *a m 2*) ***N*** ‖ iterumque *semel* (*corr* μ^2) ***h μ*** ‖ relābens ***M*** 620 pector(a *i r ex* e *m 2*) ***M*** 622 cognorat ς *Hs vulgo olim*

'Somne, quies rerum, placidissime, Somne, deorum,
pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris
fessa ministeriis mulces reparasque labori,
somnia, quae veras aequant imitantia formas,
Herculea Trachine iube sub imagine regis
Alcyonen adeant simulacraque naufraga fingant.
imperat hoc Iuno.' postquam mandata peregit,
Iris abit (neque enim ulterius tolerare soporis
vim poterat), labique ut somnum sensit in artus,
effugit et remeat per quos modo venerat arcus.
At pater e populo natorum mille suorum
excitat artificem simulatoremque figurae
Morphea: non illic quisquam sollertius alter
exprimit incessus vultumque sonumque loquendi.
adicit et vestes et consuetissima cuique
verba; sed hic solos homines imitatur, at alter

---

623 *sq Lact Plac Comm in Stat Theb I 560:* ut Ouidius de Somno libro XI: Somne, quies rerum—pax animi, quem [quam *cPar 8064*] cura fugit—reparasque labori'.

---

623 Summa quies ς ‖ quies iterum placidissima *cSenat* **624** corda diurnis (*cf IV 215 VIII 83*) *cBas Hs vulgo olim*, membra diurnis $\underset{e^2}{\varsigma}$ $\underset{a}{\varsigma}$ **625** nutris ς ‖ raparasque ***M*** **626** aequent ***g*** ς *Hs vulgo olim*, equẹnt ***μ*** ‖ imitantia *scripsi cum cVratisl R, idem videtur fuisse in* ***O***, *cf 613 et ex P I 2, 45 II 1, 37* (*ubi* veros, *non* versos *scribendum videtur*) ‖ imitam(ine *i r m 2*) ***N***, *ὄνειρον δὲ ἀληθινῇ μορφῇ μιμούμενος ὁμοιοῦται Plan*, imitamine ***μ X*** (*i r* ***m***) *VA vulgo* **627** Herculea ***O*** ς *Hs vulgo*, Herculeum ***h***, Herculeā ***m n X μ ω*** ‖ trachine ς *Ben V Hs vulgo*, tracin(e *i r*) ***F***, tracine ***l*** ς, tracinne ***e***, thracena ***M***, tracina ***h***, thrachinna (*ex* thracena) ***μ***, trachina ς, thracen(que *i r m 2*) ***N*** ‖ *πρὸς τὴν Ἡρακλέους Τραχῖνα .. ἐς τὴν Ἀλκυόνην Plan* ‖ iube/ ***N*** **628** Alcyonē ***e***, alcionen ***M*** ‖ naufragịa ***M*** ‖ $\underset{\text{ł fingant}}{\text{fringant}}$ ***F***, signant ***e*** **629** hoc *om* ***h***, hec *s l* h^3 **630** *sq* soporis Vim (*cf quae dixi NJhbb 1894, 786*) ***N X ω*** *Jahn*, uaporem Vi (*ex II 301*) ***M***, saporis Vim ***l***, sapor(i *ex* e)s Vim ***μ***, vaporis vim *cBonon Hs vulgo*, vaporam vim *coni Hs* **631** sentit ***N*** ς **632** *om* (*i l m 2*) ***N*** ‖ remeat *i r* h^2 ‖ et rediit ς ‖ modo per quos ***h*** ‖ quas modo u. auras ***e*** ς, modo fecerat arcus ς ‖ arcus *i r* ***n***, arquus *R* **634** simulatorem(que *i r m 2*) ***N*** **635** Morthea ***O*** ‖ non illic quisquam *sumpsi ex* ***M***, non illo quisquam (quisq; *R*) ς *R Riese*, non illo sollertior alter quisquam ***h***, non ill(o iussos *i r m 2*, ł quisquam *sscr m 3*) ***N***, non illo non illo (uisos *ex* quisquis, iussos *i mg m 2*) ***μ***, non illo iussos ***X*** *VA vulgo*, non illi quisquam *Korn* **636** exprimat *Hs* ‖ somnumque ***l*** **637** Addicit ***F l***, aḍdicit ***e*** ‖ adjicit his vocem *ad a a I 467 citat Hs* ‖ consuetissima (queque *i r m 2*) ***N***, cons. quaeque ς *VA* **638** solus ***l g*** ς

fit fera, fit volucris, fit longo corpore serpens:
hunc Icelon superi, mortale Phobetora vulgus
nominat. est etiam diversae tertius artis
Phantasos: ille in humum saxumque undamque trabemque,
quaeque vacant anima, fallaciter omnia transit.
regibus hic ducibusque suos ostendere vultus
nocte solet, populos alii plebemque pererrant.
praeterit hos senior cunctisque e fratribus unum
Morphea, qui peragat Thaumantidos edita, Somnus
eligit et rursus molli languore solutus
deposuitque caput stratoque recondidit alto.
Ille volat nullos strepitus facientibus alis
per tenebras intraque morae breve tempus in urbem
pervenit Haemoniam positisque e corpore pennis
in faciem Ceycis abit sumptaque figura
luridus, exanimi similis, sine vestibus ullis
coniugis ante torum miserae stetit: uda videtur
barba viri, madidisque gravis fluere unda capillis.
Tum lecto incumbens fletu super ora profuso

---

646 *Damasus 1, 7 Ihm*: multis de fratribus unum.

648 *Carm epigr 1241, 1*: subito languore so[lut]um.

---

639 longo tergore *Hs* ‖ *γίνεται μακρὸν ἑλίττων ὀλκὸν ὄφις Plan* 640 Hunc icelon ς *A vulgo,* Hunciuecon *F* ‖ *Ἴκελον Plan*, icecon *M μ l*, ycecon *N*, iceon *h V*, ytecon *e*, Itacon *R*, ithacon itelon itecon *alia* ς ‖ phobetora (a *ex* ł co² *corr M*) *M l RaphRegius*, phabetora *cZwicc R*, ph(e *ex* o)betora *N*, phebetora *h g* ς, phobeto(na *ex corr m 2*) *F*, phlebeto(r *a m 2*)a *e*, phobetona ς, *φόβητρα codd Planudis* 642 Phantasos·ς *Plan A*, Panthosus *M μ*, Panthasos *N e l g* ς, Panthas(us *i r m 3*) *F*, Panthasus *h*, Pantasos *R* ‖ ille inumum s. undam(que *add m 2*) *N* 643 Queque uacant anima (ł quae carent anima *sscr m 2*) *e*, quaeque carent an. ς ‖ animo *M* ‖ feliciter (*sic Hs*) *vel* velociter ς ‖ transfert *Capoferreus* 644 hic (*Morpheus sc, cf 634*) *recepi ex M μ l e g*, hi(i *add m 2*) *N*, hi(c *add m 2*) *F*, hi *h* ς *Plan ω vulgo* 645 solet *M μ e l g*, solet *N*, soleṇt *F*, solent *h* n ς *Plan ω vulgo* ‖ populis alii plebique per herbam *M* 646 hos genitor *Mnemos 1878, 408 Mehler* 647 *del ad Stat Theb X 131 Barth* ‖ thaumantid(os *i r m 2*) *N*, thamantidos *e*, theumantidos *h* ‖ edit(a *ex* i *m 2*) *M* 648 El(e *ex* i *m 2*)git *M* ‖ solutum *duo Heinsiani* 649 a(lto *i r m 2*) *e* 651 citraque *e corr p* 652 p. Octaeam *Scaliger*, Aemoniam *A* ‖ ex corpore *h* ‖ p(e *ex* i *m 2*)nnis *N* 653 habit *M* ‖ abit—figura *i r h*² ‖ abit formaque sub illa ς *Hs vulgo olim* 654 exangui sim. ς 655 misere st. uṇda *M* 656 mad. uiri fl. (*corr i mg n*) *N μ cBonon* ‖ fluit unda *F e* ς 657 Tunc *h e R* ‖ ore (*corr μ*) *M μ* ‖ refuso (pro *sscr e*²) *F e* ς

haec ait: ‘agnoscis Ceyca, miserrima coniunx?
an mea mutata est facies? nunc respice: nosces
inveniesque tuo pro coniuge coniugis umbram.
nil opis, Alcyone, nobis tua vota tulerunt:
occidimus! falso tibi me promittere noli!
nubilus Aegaeo deprendit in aequore navem
auster et ingenti iactatam flamine solvit,
oraque nostra tuum frustra clamantia nomen
inplerunt fluctus. non haec tibi nuntiat auctor
ambiguus, non ista vagis rumoribus audis:
ipse ego fata tibi praesens mea naufragus edo.
surge, age, da lacrimas lugubriaque indue nec me
indeploratum sub inania Tartara mitte!’
adicit his vocem Morpheus, quam coniugis illa
crederet esse sui: fletus quoque fundere veros
visus erat gestumque manus Ceycis habebat.
Ingemit Alcyone, lacrimas movet atque lacertos
per somnum corpusque petens amplectitur auras
exclamatque ‘mane! quo te rapis? ibimus una!’
voce sua specieque viri turbata soporem
excutit et primo, si sit, circumspicit, illic,
qui modo visus erat; nam moti voce ministri
intulerant lumen. postquam non invenit usquam,
percutit ora manu laniatque a pectore vestes

---

658 Huncne, ait *vel* Dic, ait *Hs* 659 facies nc̄ (= nunc) ***M*** μ, facies (nece *i r m 2*) ***N***, f. nece ***X*** ω *vulgo* 660 tui *cSenat* ‖ Inueniesque toto pro corp. corporis u. *cArondel*, invenies toto pro corpore c. umbram *inde Burm*, invenies noto pro corpore c. u. *Hs* 661 Ni(l *i r m 2*) opis ***F*** ‖ alcione ***M*** ‖ (ded *ex corr*)erunt ***N*** 662 false *cGronov*, falsae *Hs vulgo olim* 663 deprehendit ***h***, depressit *cMedic* ‖ nauim ς ς 664 iactaṇtam ***M*** 665 Oraque frustra t. frustra damnantia (cla *i mg*) ***M*** 669 Surge ale (*vel* aie, *corr m 2*) ***N*** ‖ ne me μ 670 *ad finem* (*795*) *exstant in* τ 670 sub /nia$^{\text{ina}^2}$(n *vel prima virg litterae* m *eras*) ***M***, immania *cDresd* 671 Aḍdicit ***e***, Addidit ***p*** ς 672 ueros *i r* ***n*** 673 gestumque *om* (*add i mg m 2*) μ, sceptrumque ς ‖ manus ***X*** μ^2 ***n*** ω *vulgo*, manu ***O*** μ ‖ habebant ς *Burm* 674/676 *del Hs* 674 et lacrimas ***N*** ‖ lacrimans m. atque ***e*** ς *Naugerius*, lacrimans mouitque *in Bibl Diez 1075 Hs*, lacrimans motatque *in Burmanni syll epist III 551 Gronov*, lacrimatque movetque *Bach* 675 somnos ***e*** 677 uoce sui ς *et post Heinsium Bentley* ‖ saporem τ 678 illic ***O*** μ ***e*** ς *vulgo*, ille τ ***F m l g*** ς, ill(ic *i r m 2*) ***h***, illuc ς 679 qua modo *Burm* 680 (At *i r m 2*, Nu *videtur fuisse*)tulerant ***M*** ‖ non conspicit ***p*** 681 scinditque *cSenat*

pectoraque ipsa ferit, nec crines solvere curat:
scindit et altrici, quae luctus causa, roganti
'nulla est Alcyone, nulla est!' ait. 'occidit una
cum Ceyce suo! solantia tollite verba!
naufragus interiit! vidi agnovique manusque
ad discedentem cupiens retinere tetendi.
umbra fuit, — sed et umbra tamen manifesta virique
vera mei! non ille quidem, si quaeris, habebat
adsuetos vultus nec, quo prius, ore nitebat:
pallentem nudumque et adhuc umente capillo
infelix vidi! stetit hoc miserabilis ipse
ecce loco!' (et quaerit, vestigia siqua supersint)
'hoc erat, hoc, animo quod divinante timebam,
et ne me fugeres, ventos sequerere, rogabam.
at certe vellem, quoniam periturus abibas,
me quoque duxisses! multum fuit utile tecum
ire mihi! neque enim de vitae tempore quicquam
non simul egissem, nec mors discreta fuisset.
nunc absens perii, iactor quoque fluctibus absens,

---

682 crinis *h*, crinem ς *Hs* ‖ curet *V*, curans ς *A* 683 Saeuit et ς, caedit et *Hs* ‖ (a *ex* u *m 2*)ltrici ***M***, nutrici *ex* ultrici (altrici *i mg*) *μ* 684 alcione ***M***, alcinoe *h* 685 solamina t. vestra *Schepperus* 686 manuque *μ* ‖ agn. loquentem *g* 687 *sic* (ł At ł tenente *sscr* e^2) *e* ς *Hs vulgo*, Ac discedentem—tenenti ***O τ l g*** ς *R*, Ad disc.—tenenti ***F***, Atdiscedentem—tenenti *h*, Ac (*i mg corr*) disc.—tetendi *μ*, Et disc.—tenenti *cBerol VA*, retinere: tenenti *distinx ω* ‖ *καὶ ἀποχωροῦντα ταῖς χερσὶ κατέχειν ἐφιεμένῃ σκιά μοι γέγονε κατεχούσῃ Plan* 688 Umbra fugit (ł fuit *sscr* e^2) *μ e g* ς ‖ manifest(a *ex* o *m 2*) ***N*** ‖ sed et umbra fuit *R*, umbra fuit, fuit umbra tamen *Rappold* 690 cultus *Hs* ‖ nec quo prius *i r* h^2 691 Pallentemque et adhuc nudumque humente c. *e* 692 ipse *sumpsi* (*cf 668*) *ex* ***M***, ipso *cett ω vulgo* 693 supersunt *τ cGoth* 695 fugeres (*cf quae dixi NJhbb 1893, 614*) ***M F l*** ς, fug(iens *i r m 2*) ***N***, fugiens *h e μ g* ς *ω vulgo* 696 ha certe *Gebhardus*, Aut certe *p 147 Hartman* ‖ quado (*sic*) per. *l* ‖ quon. moriturus ς, quon. fugitivus *ad rem 793 citat Hs* 697 duxisses multum fuit u. ***M*** *μ duo Heinsiani* *Merkel*², dux. tecum fuit u. ***τ N l*** ς *Hs vulgo olim*, duxisses . tecum fuit u. ***F***, dux. (tecum fuit *i r m 2*) utile *h*, d. fuit hoc fuit u. *e*, d. quoniam fuit u. *g cBernegg*, d. fuit ah (ha ***p*** *cBerol*, o *alii*) fuit u. ς *ω Jahn*, d. quantum fuit ut. *Bach*, d. tum tum fuit u. *Riese* 698 nec enim ς ‖ enim (debite *i r m 2*, uite *sscr m 3*) ***N*** ‖ uitae de *h* 700 Quin absens ***p*** ‖ absens ponti ***M*** ‖ perii ***F τ*** *h l ω vulgo*, peri(i *i r m 2*) ***N***, pereo (*i r μ*) *μ e* ς *Hs vulgo olim* ‖ iactor nunc *ex uno suorum Hs vulgo olim*, iactorque a fl. *in Bibl Diez 1085 Hs*, iactorque fulgentibus *R*

et sine me me pontus habet! crudelior ipso
sit mihi mens pelago, si vitam ducere nitar
longius et tanto pugnem superesse dolori.
sed neque pugnabo nec te, miserande, relinquam
et tibi nunc saltem veniam comes, inque sepulcro
si non urna, tamen iunget nos littera: si non
ossibus ossa meis, at nomen nomine tangam.'
Plura dolor prohibet, verboque intervenit omni
plangor, et attonito gemitus a corde trahuntur.
Mane erat, egreditur tectis ad litus et illum
maesta locum repetit, de quo spectarat euntem,
dumque moratur ibi dumque 'hic retinacula solvit,
hoc mihi discedens dedit oscula litore' dicit,
dumque notata locis reminiscitur acta fretumque
prospicit, in liquida, spatio distante, tuetur
nescio quid quasi corpus aqua, primoque, quid illud
esset, erat dubium; postquam paulum appulit unda,
et, quamvis aberat, corpus tamen esse liquebat,
qui foret, ignorans, quia naufragus, omine mota est
et, tamquam ignoto lacrimam daret, 'heu! miser' inquit,

---

701 sine me me p. (*cf 621*) *ccBarberin et Medic Hs vulgo,* sine te me ***F n p*** *Merkel*^{2}, sine me te ***O μ τ ϛ* g ω*** *Jahn* ‖ nec sine me te *coni Hs* ‖ ł illo^2 isto ***N*** **702** *i mg* ***h***^{2} ‖ mens ponto—nitor ***g*** **703** marito ***e***, dolorem ***τ*** **704** miseranda ***τ l***, miserand(e *i r m 2*) ***F***, miserante (*corr*) ***μ*** **705** *om* ***N***, *i l n* ‖ saltim ***e n g*** **707** Ossibus una meis ***F*** ‖ nomen *om* ***τ*** ‖ nomen nomen ł ossa^2 nomine (*sic*) ***M*** **709** e corde *cBernegg Hs vulgo olim*, de c. ***ϛ*** **710** et ipsum ***F***, ad illum ***τ*** **711** rep. (de *add m 3*) quo spectabat ***h*** **712/714** *ut varia supplementa del Merkel*^{2} **712** dumque 'moratus ibi est' (*ut sint Alcyonae*) *Hs* ‖ dumque hinc ***F ϛ* g p ϛ R*** **713** dedit *add* ***μ***^{2} ‖ dixit ***M ϛ***, di(c *ex* x)it ***N*** **714** *del Hs, def Adv cr II 90 Madvig* ‖ dumque notata locis ***ϛ*** *Ehwald*, Quæ dum tota locis ***M μ R***, Dumque not(a *ex corr m 2*)ta o(cul *i r m 2*)is r. ***N***, Dumque notata oculis rem. ***X τ*** (*i mg* ***μ***) *VA*, Dum^{que} notata oc. *cLeid Voss 51* ‖ quaeque notata locis *ZÒG 1881 Rappold*, dumque locis notis *Lejay* ‖ reminiscitur ante *Burm* ‖ oculis meminit actenque fretumque *Lenz* **715** prospicit, en! liqu. *Hs* ‖ /spatio ***N*** **716** quasi corpus erat ***M μ*** (*corr* ***μ***^{2}) ‖ primo quid in illud ***e***, primoque quod illud ***M μ h*** **717** postquam (maris appulit *i r m 2*) ***N*** ‖ paulo ***ϛ*** *Hs vulgo olim* **719** Qui foret ***O μ e ϛ*** *Hs*, Quis f. ***F l m ϛ*** *ω Jahn*, Quid f. ***τ h n ϛ*** ‖ ignorat *cMenardi* ‖ homine ***M*** ‖ mot(a est *i r m 2*) ***N*** **720** tamque (*corr m 2*) ***N*** ‖ lacrimas ***e h g ϛ***

'quisquis es, et siqua est coniunx tibi!' fluctibus actum
fit propius corpus: quod quo magis illa tuetur,
hoc minus et minus est mentis sua, iamque propinquae
admotum terrae, iam quod cognoscere posset,
cernit: erat coniunx. 'ille est!' exclamat et una
ora, comas, vestem lacerat tendensque trementes
ad Ceyca manus 'sic, o carissime coniunx,
sic ad me, miserande, redis?' ait. adiacet undis
facta manu moles, quae primas aequoris undas
frangit et incursus quae praedelassat aquarum.
insilit huc, mirumque fuit potuisse: volabat
percutiensque levem modo natis aera pennis
stringebat summas ales miserabilis undas,
dumque volat, maesto similem plenumque querellae
ora dedere sonum tenui crepitantia rostro.
Ut vero tetigit mutum et sine sanguine corpus,
dilectos artus amplexa recentibus alis
frigida nequiquam duro dedit oscula rostro.
senserit hoc Ceyx, an vultum motibus undae
tollere sit visus, populus dubitabat: at ille

736 *sq Probus Comm in Georg I 399 (Hagen App Serviana p 365sq)*: varia est opinio harum volucrum originis . itaque in altera sequitur Ovidius Nicandrum, in altera Theodorum [*VII 401*].

284 (stantem pro *i r*)piore ***F*** ‖ prop//iore (or *eras*) ***M*** ‖ cometen ***F e*** ς *ω*, comentē ***M***, com(en *ex corr m 2*)ten ***N***, cometē ***h***, comtem (*i mg corr m 3*) ***μ***, comecen ***l***, cometem ς 285 retheus ***N*** ‖ sit comprecor i. Cet. sic fortis ***p*** *cSenat* ‖ si(c *ex corr m 2*) ***F*** ‖ sic sic precor ς ‖ retinens—conprecor *vel* retinet Rh. Sicque o precor *Hs*. 286 sit sospes ς ‖ tur(b *ex* u *m 2*)a ***M*** 287 uolnus$^{v^2}$ ***N***, uulnus *cett vulgo* 288 graui/ (s *eras*) ***N*** ‖ i(c *ex corr m 2*)tu ***F*** 289 siderunt *Hs* 290 euandrum ***M*** ς, eua/grum ***N*** ‖ coritumque ***h*** ς *VA*, corythum(que *om*) ***N*** ‖ drimantaque ***O*** ς, drimantaque *vel* drunantaque ***μ***, dyrantaque ***e***, drymantaque *R* 292 coritus ς *VA* ‖ pueroque (*corr* ***μ***) glor. ***M μ***, puero q̄ / (q̄ = quae) ***N*** 293 he/uagrus (u *eras videtur*) ***M***, heuuagrus ***μ***, euandru(o)s ς *Plan* 294 (ruti *i r m 2*)lasque ***M*** 295 per quas in p. flamma ***M*** ‖ seu(e *ex* i *m 2*)dria ***N*** 296 dryas *cBerol Plan R* 298 *om* ***O***, *i l add* ***n***, *lacunam punctis i mg notavit* ***m*** ‖ *desinit in hoc versu* ***l*** 299 Uincta ***h*** ‖ est *om* ***μ*** ‖ ceruix hum. ***p*** ‖ ceruix se figit ob. ***M***, c. (sude figis ad *i r m 2*)usta ***N*** ‖ figis (acuta *i r m 2*) *cBerol* ‖ abusta *vel* adusta *vel* acuta ς 300 duroque suo ***M*** ‖ reuulsit ***e*** ς *Merkel*^{2} 301 Rethus ***N F***, Rhœicus ***μ*** 302 horneus ***M μ*** ς, Ornaeus *V*, Ἄρναῖος *Plan*, Arnæus *A* ‖ Lycabasque (*certe aut hic aut 310 lectio librorum mutanda est*) *Naugerius vulgo*, li(y)cidasque ***A*** *ω* 303 pisemone ***h*** ‖ taumas ***h***, caumas ***F e VA***, chaumas ***g***, Καύμας *Plan* 305 *parenth posui* ‖ Mermerus ***h*** ‖ cum ***e***, nunc *ccMed et Sprotii Hs vulgo olim*, tunc ς ‖ uolnere$^{v^2}$ ***N***, uulnere *cett vulgo* ‖ tard(ior *i r m 2*) ***F***, tardior ς

et Pholus et Melaneus et Abas praedator aprorum,
quique suis frustra bellum dissuaserat augur,
Astylos: ille etiam metuenti volnera Nesso
„ne fuge! ad Herculeos“ inquit „servaberis arcus“.
at non Eurynomus Lycidasque et Areos et Imbreus
effugere necem; quos omnes dextra Dryantis
perculit adversos. adversum tu quoque, quamvis
terga fugae dederas, volnus, Crenaee, tulisti;
nam grave respiciens inter duo lumina ferrum,
qua naris fronti committitur, accipis, imae.

In tanto fremitu cunctis sine fine iacebat
sopitus venis et inexperrectus Aphidas
languentique manu carchesia mixta tenebat,
fusus in Ossaeae villosis pellibus ursae.
quem procul ut vidit frustra nulla arma moventem,
inserit amento digitos „miscenda“ que dixit
„cum Styge vina bibes!“ Phorbas; nec plura moratus

316*sq* *Conr de Mure p 73*: 'In tanto strepitu—et inexpertus Aphidas'.

306 Et phoheius ***M***, E th(e *ex* o *m 2*)lus ***N***, Et phelus ***e***, Et p^{h}olus ***h***, Et Phodus *R* ‖ melaneus ***e*** ϛ *Hs vulgo*, menelaus ***O F μ g*** ϛ *ω*, *Μενέλαος Plan*, Meneleus *RaphRegius* ‖ menalus abas ***h*** ‖ a/bas ***N*** ‖ uenator ϛ ‖ aprum (*i mg corr*) ***μ*** 307 diis suaserat ***M***, discusserat ***N*** 308 Astylos ϛ *VA Plan*, Astylus *R*, Astilos ***N F h***, Hasty/los ***e***, astilus ***M μ***, astolos ***g***, Asbolos (Asbolus *Roscher*) *Baumg-Crusius*, *sed cf NJhbb Suppl XXVI 56 Wendel* ‖ fugienti ϛ u(u *ex* o *m 2*)lnera ***N***, uulnera *cett vulgo* 309 Ne fugiat herculeos ***M*** ‖ seruab. ictus ϛ 310 eurimonus ***h***, Eurymanus *V*, Eurynomos *A* ‖ lucidasque ***F*** ‖ areos ϛ *Hs vulgo*, areas ***F***, harenos ***h***, aruos ***N***, arus ***M***, arcus ***μ***, areus ***e*** ϛ *ω* *Ἀρεῖος Plan* 312 auersum tu ***M***, a(d *a m 2*)uersum tu/ ***N***, aduersus tu ***F e*** *ccBersm et Zwicc*, auersus tu ***g*** 313 dederis *Hs* ‖ u(u *ex* o *m 2*)lnus ***N***, uulnus *cett vulgo* ‖ crenaee ϛ *Hs vulgo*, (cre *i r m 2*)nee ***e***, cenee ***F***, cenęe ***μ M h g R***, cernee ϛ, cornee ***N*** ϛ, Caenaee *V*, Caenee *A*, *Καινεῦ Plan* 314 ferum (*corr m 3*) ***F*** 315 coniungitur ***p*** *cZwicc* 316*sq* strepitu (*fort recte*) ***F*** *Conr de Mure* ‖ inexpers rectus ***M***, inexpertus ***h*** *Conr de Mure* ‖ aphypdas ***e*** ‖ ductis sine f. iac. sopitus vinis (*prob p 151 Hartman*) *Hs*, iunctis sine—sopitus vinis *obs II 3 Gronovius*, cunctis—vinis *Burm* 317 aphibas *vel* abibas ϛ, Aphypnas *A* 318 chachesia ***F***, charcesia ***e*** ‖ carch. iuxta *cArgent* 319 ossee uillosis (pellibus *ex corr*, pedibus *fuit*) ***M*** ‖ o(bscene *i r m 2*) ***N***, ł ossee (*m 3*) *sscr* ***n*** ‖ obscaenae ϛ 320 sequentem ϛ ‖ neutra arma sequentem *Bersmannus* 321 *sic* ***X*** *VA*, Insertis digitis telo misc. ***M*** *R* ‖ Inseruit digitos miscend(a *ex* o *m 2*)que(dixit amento *i r m 2*) ***N*** 322 bibas *ccMedic et Moreti Hs vulgo olim* ‖ moratus ***M*** ϛ *Hs vulgo*, locutus^{2} moratus ***μ***, locutus ***e h g*** ϛ (*i r* ***n***) *VA*, loquutus *R*, minatus ϛ

in iuvenem torsit iaculum, ferrataque collo
fraxinus, ut casu iacuit resupinus, adacta est.
mors caruit sensu, plenoque e gutture fluxit
inque toros inque ipsa niger carchesia sanguis.
Vidi ego Petraeum conantem tollere terra
glandiferam quercum; quam dum conplexibus ambit
et quatit huc illuc labefactaque robora iactat,
lancea Pirithoi costis inmissa Petraei
pectora cum duro luctantia robore fixit.
Pirithoi cecidisse Lycum virtute ferebant,
Pirithoi virtute Chromim. sed uterque minorem
victori titulum quam Dictys Helopsque dederunt:
fixus Helops iaculo, quod pervia tempora fecit
et missum a dextra laevam penetravit ad aurem;
Dictys ab ancipiti delapsus acumine montis,
dum fugit instantem trepidans Ixione natum,
decidit in praeceps et pondere corporis ornum
ingentem fregit suaque induit ilia fractae.
Victor adest Aphareus saxumque e monte revulsum

---

324 casu *s l e* **325/386** *exstant in* τ **325** Mox car. τ ς ‖ e gurgite (*e ventre sc*) ς *RaphRegius* **326** Inque sinus *cBas* ‖ ipse ***M*** **327** petreium ***h***, Phereum *R*, latraum ***M***, (pe *i r m 2*)tr(ei *i r m 2*)um ***N*** ‖ canentem ***M*** ‖ tollere ***M F h e*** μ τ ς *VA Korn* ‖ con. (eue *i r m 2*)llere ***N***, ἐξαίρειν τῆς γῆς *Plan*, c. euellere ς *A Hs vulgo olim*, c. uellere *ccDresd et Med R Merkel*^{2} ‖ tollere dextra *duo Heinsiani* **328** Grandifferam ***h*** **329** corpora *VA* ‖ (puls *i r m 2*)at ***N***, pulsat ς *VA*, uersat ς **330** Pirithoi ***M*** μ τ ς, perithoi ***N h***, perytoi (*semper*) ***e***, pẏrithoi (*semper*) ***F*** τ ‖ pirithoico stis (*corr* μ^2) ***M*** μ ‖ c. iam missa ***O*** ‖ pherei ***M R***, petrei *i r* ***n***, Petraeis *Hs* **331** cum duro fixit luctantia ligno *probante Burm cFrancof* ‖ robore iactat τ **332** *om* (*i l m 2*) ***N*** **332***sq* Pirithoi *bis* ***M*** μ τ ς (*item 333* ***N***), Perithoi *bis* ***h g***, Perytoi *bis* ***e***, P(e *ex* i *m 3*)rithoi ***n*** ‖ uirt. uicum μ ‖ P. uirtute lycum cecidisse ς *Hs vulgo olim* ‖ ferebas (bant *sscr*) τ **333** Chromim *scripsi*, chromin ς ω *vulgo*, chronim ***M*** μ, chronī ***N***, cromī ***F***, chromem τ, cromin ***p***, cronym ***e***, chronū ***h*** ς, chromum ς, Χρόμιον *Plan* ‖ P. cecidisse chromin ς *Hs vulgo olim* ‖ uterque dederunt ***O*** μ *ccZwicc et Bersmanni* **334** qu(a *ex* e ***m n***)m ‖ dectis ***O***, dictis ς, dıtis$^{c^2}$ ***h***, dycthys ***e*** ‖ elopsque (*item 335*) ***p*** ς *Bothe*, ἕλωψ (= *335*) *Plan* ‖ helopsque minorem ***O*** μ *ccZwicc et Bersm* **335** elops (*sed 334* helopsque) ***F g*** ‖ iaculo est ς *Bothe* ‖ iac. qui *R* ‖ timpora ***M*** **336** a *om* ***M*** μ ς ‖ in aurem ***g*** ς *Hs vulgo olim* **337** Dectis ***M***, Dycthys ***e***, Dictis ς *V* ‖ ancipiti/ ***N h***, ancipitis τ ***F g*** ς *Jahn* ‖ mentis ***M*** **339** Dece(d *ex corr m 2*, decepit *fort fuit*)it ***F*** ‖ ornus (*corr m 2*) ***M*** **340** fracta *ad Senec Herc fur 312 Gronov* ‖ Ingemuit duroque sudem vix osse revellit *post 340 in textu ccGoth et Vratisl* **341** Uictor (*cf ad IX 415*) ***O e*** *ccOxon et duo Heinsiani*, Ultor ***e***^{2} ***X*** ω *vulgo* ‖ abest τ ‖ aphareus ***N*** ς *vulgo*, afareus ***M***,

mittere conatur: mittentem stipite querno
occupat Aegides cubitique ingentia frangit
ossa; nec ulterius dare corpus inutile leto
aut vacat aut curat tergoque Bienoris alti
insilit haud solito quemquam portare nisi ipsum
opposuitque genu costis prensamque sinistra
caesariem retinens vultum minitantiaque ora
robore nodoso praeduraque tempora fregit:
robore Nedymnum iaculatoremque Lycopen
sternit et inmissa protectum pectora barba
Hippason et summis exstantem Riphea silvis
Thereaque, Haemoniis qui prensos montibus ursos
ferre domum vivos indignantesque solebat.
Haud tulit utentem pugnae successibus ultra
Thesea Demoleon: solido divellere dumo

---

aphereus *e*, fareus *μ*, phareus *τ F h g ς ω*, phereus *ς Plan RaphRegius* ‖ (in *i r m 2*) monte *N*, a monte *g ς R* ‖ saxum qui monte *cMenardi* **342** conantem *ς Hs vulgo olim*, nitentem *ς* **343** cubitoque (*corr n*) *O cMed* ‖ fregit *ς* **344** inutile leto corpus *h* **345** uacat *ex corr* (uusa *vel simile aliquid fuit a m 1*) *n*, cura est (curat *enim, num VI 585 X 387 habeant quo defendatur, parum constat*) *conieci* ‖ bienoris *O μ Merkel*², bi(y)anoris *F e g ς ω Plan vulgo olim*, bitanoris *h* ‖ alto *ς* **346** hau(d *ex* t *m 2*) *F* ‖ soliti *ς* ‖ quemque *τ* **347** pressamque *M ccDresd et Goth* **348** uultum minantiaque *h*, uultumque minantiaque *ς*, uultum comitantiaque *cGenevens*, uultumque comantiaque *Hs* ‖ timpora *τ M F h* **350** Robo// (re) *F* ‖ ne(d *ex* t)inum *h*, *Νήδυμον Plan*, Nerlinum *R*, Nedimnum *VA*, Nedymium *Bothe* ‖ Lycopen *p 210* Götternamen Usener*, ly(i)chepen *O μ e*, lycepen *F g V*, licepen *τ*, liceum *h* li(y)cetum *ς R*, lycotan *Exc Calandrae Hs vulgo*, *Λυκώτην Plan*, Lycespen *A*, Lycoden *Bothe* **351** et iam missa *M μ*, (ł īm̄sa²) et ammissa *N*, immensa *vel* admissa *ς* ‖ tempora *ς* **352** Hypason *h*, hipason *τ* ‖ Hyppasonem summisque *e* ‖ ripea (*corr n*) *O Plan.* typhea *g* ‖ sumptis instantem Riph. signis *Schepperus* **353** Thereaque (*cf NJhbb 1872, 428 Roscher*) *N h cDresd RV et e coni ConstFanensis*, Therreaque *τ F e*, Therseaque *μ*, Theseaque *M*, Tereaque *ς Plan A* ‖ hemohis *τ*, Aemoniis *VA* ‖ pransos *τ* **354** uisos *μ* **355** Hau(d *ex* t *m 2*) *F* **356** solido diuellere *O Merkel*² ‖ solida diuellere terra *cBersmanni*, solidaque reuellere terra *p ς Jahn*, *ἐκ γῆς στερεᾶς ἀναστᾶν Plan* ‖ solitoque (d) reuellere *h*, solidoque reuellere *X ω vulgo* ‖ dumo (*i r μ*) *A ω*, (d *ex corr m 2*)u(m *ex corr m 2*, cn *fort fuit*)o *N*, trunco (*cf XI V 115*) *unus Heinsianus Bach* ‖ solidoque euellere cliuo *unus Heinsianus*, fundoque euellere ab imo *alius*, solidoque revellere fundo *ad Lucr I 890 Wakefield*, solidoque rev. ab imo *Lenz*, solidoque rev. cliuo *Bothe*, solido divellere dudum *Merkel*²

annosam pinum magno molimine temptat;
quod quia non potuit, praefractam misit in hostem.
sed procul a telo Theseus veniente recessit
Pallados admonitu (credi sic ipse volebat).
non tamen arbor iners cecidit; nam Crantoris alti
abscidit iaculo pectusque umerumque sinistrum.
armiger ille tui fuerat genitoris, Achille,
quem Dolopum rector, bello superatus, Amyntor
Aeacidae dederat pacis pignusque fidemque.

Hunc procul ut foedo disiectum vulnere Peleus
vidit, „at inferias, iuvenum gratissime Crantor,
accipe“ ait validoque in Demoleonta lacerto
fraxineam misit, mentis quoque viribus, hastam.
quae laterum cratem praerupit et ossibus haerens

---

363 *Priscianus VII 6—7*: similiter invenis vocativum in e productam proferri, ut ‘Chremē’, ‘Lachē’, ‘Achillē’ . . . Ovidius in XIII [*130*] metamorphoseon: ‘Tuque tuis armis, nos te poteremur [*sic LH cHeidelb et Caroliruh alter*, potiremur *cett*] achille’ . . idem in XII: ‘Armiger ille tui fuerat genitoris, Achille’.

---

357 Annosum τ ‖ conamine ς **358** Quam quia ς ‖ perfractam ς **360** Palladis ς ‖ amonitu ***M***, admonitis *cMenardi* **361** Crantoris *(in libris manu scriptis non vidi) A vulgo, Κράντορος Plan,* grantonis ***h***, grantoris ***A RV*** **362** Abscidit ***F***, Ascidit ***N***, Abscindit ς ‖ iaculo *recepi ex* ***A RV***, i(ac *i r m 2*)ulo ***e***, iugulo ς *A vulgo* ‖ *dicit poeta haec*: ‘*abscidit iaculo pectusque umerumque*’, *is sc, qui paullo ante (358) arborem praefractam tamquam iaculum miserat* **363** achilles ς *A* **364** amantor τ, amictor *vel* anetor *alia* ς **365** Facile dederat ***M*** ‖ fideique *cGoth*, fideque (*i e fideique*) ς *Hs* **366** deiectum (*fort recte, cf III 724*) ***h*** *Micyllus*, disiecto ***M***, disiecta τ ‖ puluere ***p*** **367** Uidit ad (*corr*) μ ‖ Vidit et inferias *cDresd*, Vidit // inferias ***h***, Viderat inf. ς ‖ a(t *ex* d *i r m 2*) ***M*** μ, at *i r* (in *sscr m 3*) ***n***, a(d *i r m 2*) ***e*** ‖ Crantor *A vulgo, Κράντορ Plan,* grantor *A RV* **368** ait et ualido in ***h*** ‖ in demoleonta ***h n*** ς *Plan* ω *vulgo*, inde moenta ***M***, in demo(leonta *i r m 2*) ***N***, indemolenta ***F*** τ, in demoloenta μ, in demolounta ***e*** **369** mentis quoque uiribus (*cf Hor epist I 2, 60*) ***M*** μ ***X*** ω *Bach*, ma//is$^{\text{mentis}^2}$ (gn *eras*) cum uiribus ***N***, mentis cum uir. (*cf Bibl Diez 1072*) *cMenardi*, iunctis quoque *vel* totis q. *vel* magnis q. *vel* tantis q. *vel* meritis q. *vel* cunctis q. uir. ς ‖ *obelo versum not Merkel*^{2} ‖ contentis (*vel* praemensis) vir. *Hs*, gentis quoque (*Aeacidarum sc*) uir. *vel* gentis cum u. *Burm*, iunctis quoque vocibus *Bothe*, tormenti viribus *Polle* **370** Quæ lacerum pectus ***M*** μ ‖ lat. crates ς ‖ pre rupit ***M***, praerupit μ ***e*** *Korn*, praerumpit ***h***, perrumpit ***F N*** ς *Hs vulgo olim*, perrupit ς ω, prorumpit ***g***

intremuit: trahit ille manu sine cuspide lignum
(id quoque vix sequitur), cuspis pulmone retenta est;
ipse dolor vires animo dabat: aeger in hostem
erigitur pedibusque virum proculcat equinis.
excipit ille ictus galea clipeoque sonanti
defensatque umeros praetentaque sustinet arma
perque armos uno duo pectora perforat ictu.
Ante tamen leto dederat Phlegraeon et Hylen
eminus, Iphinoum conlato Marte Claninque;
additur his Dorylas, qui tempora tecta gerebat
pelle lupi saevique vicem praestantia teli
cornua vara boum multo rubefacta cruore.
huic ego (nam vires animus dabat) „adspice“, dixi,
„quantum concedant nostro tua cornua ferro!“
et iaculum torsi; quod cum vitare nequiret,
opposuit dextram passurae volnera fronti:
adfixa est cum fronte manus. fit clamor, at illum
haerentem Peleus et acerbo vulnere victum
(stabat enim propior) mediam ferit ense sub alvum.
prosiluit terraque ferox sua viscera traxit
tractaque calcavit calcataque rupit et illis
crura quoque inpediit et inani concidit alvo.

---

371 lignom *M* 372 sequta est *e* 373 viresque animus *Bothe* 374 procalcat *p*, conculcat *vel* calcabat ς 375 sonanti (*cf Hor c III 4, 57*) *recepi ex M* ς, sonante ς, sonantis *R*, sonantes *N X vulgo* 376 Defensat(que *om*) *h* ‖ praetenta et *N* 377 perfodit ς 378 phlegraeon et ς *Plan ω vulgo*, phlagreona et *M μ*, phlagraeon/ et *N*, phegeon et *F*, phegon et *h*, phegraeon et *τ*, plegreona et *p*, plhagreon et *e* ‖ hylen ς *VA vulgo*, hilen *M h*, thilen *N*, εἴλην *Plan*, Hylē *R*, hylem *p*, ylen ς, Hylēa *Bothe* 379 Iphinoum *Plan R vulgo*, ephinoum *M μ*, lephinoum *N*, ẏphionum *τ F*, hionium *h*, yphyonum *e*, hiphinoum ς *VA Hs vulgo olim* ‖ claninque *M μ* ς *Hs vulgo*, claminque *N*, canimque *F*, clanique *h*, clanymque *e*, claninque *τ* ς, danimque ς *R*, glanimque ς, daninque *VA*, καὶ Δάμην *Plan* 380*sq* dorylas *N* ς *Plan ω*, dorilas *F* ς *V*, torilas *g*, dorcas *h*, δόρκας *Plan*, d(o *ex* a *m 2*)rilas *M* ‖ timpora *M*, t(i *ex* e *m 3*)mpora *F* ‖ tincta (*voluitne* cincta?) *p* ‖ t. pelle g. tecta *Bothe* 382 cornua uara *M Hs vulgo*, ἀντίτυπα κέρα *Plan*, c. curua ς, c. dura *N μ τ X ω* ‖ rebe facta (*sic*) *τ* 383 anim(u *ex corr m 2*)s *F* ‖ accipe *cZwicc* 384 tuo *τ* 385 quod *i l F*^{2} 386 passur(e *i r m 2*) ‖ uolnera *N*, uulnera *cett vulgo* ‖ uulnera uictum (*cf 388*) *τ* 387 affixa c. f. manu fit clamor *Hs* 388 et toruo *ccCantabr et Senat* ‖ uinctum *apud Bothium* (*Vind p 174*) *JHVoss* 390 Prosiliit *e g* ς *VA* 392 impediuit (*corr m 3*) *F*, inpedit *h*, impedit *e*

Nec te pugnantem tua, Cyllare, forma redemit,
si modo naturae formam concedimus illi:
barba erat incipiens, barbae color aureus, aurea
ex umeris medios coma dependebat in armos.
gratus in ore vigor; cervix umerique manusque
pectoraque artificum laudatis proxima signis,
et quacumque vir est; nec equi mendosa sub illo
deteriorque viro facies: da colla caputque,
Castore dignus erit: sic tergum sessile, sic sunt
pectora celsa toris. totus pice nigrior atra,
candida cauda tamen, color est quoque cruribus albus.
multae illum petiere sua de gente, sed una
abstulit Hylonome, qua nulla decentior inter
semiferos altis habitavit femina silvis.
haec et blanditiis et amando et amare fatendo
Cyllaron una tenet; cultus quoque, quantus in illis
esse potest membris, ut sit coma pectine levis,
ut modo rore maris, modo se violave rosave
inplicet, interdum candentia lilia gestet,
bisque die lapsis Pagasaeae vertice silvae

---

393 culare *g* **394** illis *Hs* **395** barba color *M* ‖ aureaque *F e g ς ω Hs vulgo olim* **396** Descendebat *ccMoreti et Strozzanus Hs vulgo olim* **397** nitor *vel* decor *vel* color *vel* rubor ς **399** Et quacumque uir est *M μ ς post Naugerium Bach*, Et qua parte uir est ς *R Jahn*, E(x *ex* t *m 2*) quacumque uir est *F*, Ex qua parte (*i r* h^2) uir est *e h ς VA*, Et qua parte uiri est *frg Boxhornii cStrozzanus Hs vulgo olim*, In qua parte (*cf Bibl Diez 1072*) $^{c^2}$ *cMenardi*, Et qua (parte *i r m 2*) uir est *N* ‖ neq: ẹṇī (ą *ex* q *m 2, eadem add puncta et virgula vocem perfodit, i e* nec equi *ex* neque enim *m 2*) *M*, neque equi *N ς* ‖ sub illa ς *Hs vulgo olim*, sub illo (est *add m 2*) *N*, sub illa est *R* **400** Dexteriorque *M*, Dexteriorque *e* ‖ d(a *ex* e *m 2*)co(lla *i r m 2*) *ex* decora *M* **401** er(at *ex* it *rubro atram m 2*) *N*, erit (ł a *sscr m 2*) *e*, erat *g ς Ben*, eat *in Bibl Diez 1075 Hs* ‖ sessille *h* ‖ sic stant *ccDresd Goth Vatic Hs vulgo olim* **402** cessa *M* **403** crinibus *tres Heinsiani R Bothe* **404** cupiere ς **405** hylonome *F e ς Plan VA*, illonome *M μ*, hillonome *N*, ylimone (*ex corr*) *h*, Hyllinome *R* ‖ nitentior ς *Burm* **406** Semiferas *M μ ς*, Semifer(a *ex* o *m 2*)s *h* **407** haec et blanditias adhibendo et am. *Hs* ‖ et amans et ς *R*, *μειλίγμασι τε καὶ ἔρωτι* (*i e* et amore, *item Pr Meiss 1887, 10 JGilbert*) *Plan*, ut amans et *Bothe* ‖ amare vetando *Rautenberg* **408** tenet; cultu quoque *Merkel* **409** lenis *N ς* **410** modo (se *add m 2*) *h*, modo si *M* ‖ mariss(e *ex corr m 2*, modo *om*) uiolaue *F* **411** Ilicet (*corr m n*) *O*, Implicet *i mg m* ‖ candentia *N ς Hs*, *λευκὰ κρίνα Plan*, canentia *μ M F h e ς ω vulgo* ‖ can. ^{lilia} littora *F* **412** pagasaeae *N ς Plan vulgo*, pagasee(ae) *M ς VA*, pegas(ae)ee *F h e g ς R*

fontibus ora lavet, bis flumine corpora tingat,
nec nisi quae deceant electarumque ferarum
aut umero aut lateri praetendat vellera laevo.
par amor est illis: errant in montibus una,
antra simul subeunt; et tum Lapitheia tecta
intrarant pariter, pariter fera bella gerebant.
auctor in incerto est: iaculum de parte sinistra
venit et inferius, qua collo pectora subsunt,
Cyllare, te fixit; parvo cor volnere laesum
corpore cum toto post tela educta refrixit.
Protinus Hylonome morientes excipit artus
inpositaque manu vulnus fovet oraque ad ora
admovet atque animae fugienti obsistere temptat.
ut videt exstinctum, dictis, quae clamor ad aures
arcuit ire meas, telo, quod inhaeserat illi,
incubuit moriensque suum conplexa maritum est.
Ante oculos stat et ille meos, qui sena leonum
vinxerat inter se conexis vellera nodis,
Phaeocomes, hominemque simul protectus equumque;
codice qui misso, quem vix iuga bina moverent,

---

413 tangat (*corr m 2*) ***F*** 415 at lateri ***h*** ‖ pendebant (ł pretendat *sscr* e^2) ***e*** ς, pn̄debāt (*omnia praeter* at *a m 2, partim i r*) ***F***, pendebant ς, dependent *unus Heinsianus*, praetendit ς, pretentat ς *R*, praetentet *in Bibl Diez 1075 Hs* 417 et cum ***M*** ς, et t(unc *i r m 2*) ***e*** ‖ laphiteia ***F g*** *R*, lapitheia ***h*** 418 Intrabant (r *sscr* ***m***) ***M*** ς, Intrarunt ***g*** 420 inferius qua (*cf 302 570 VI 420*) ***A*** ω *Jahn*, inferius quam *ccArondel Jan Thuan Vratisl Zulichem Dresd Plan Hs vulgo* ‖ coll(o *ex* e *m 2*) pectorä e̥to̥rḁ (subsunt *add m 2*) /// /// /// (*aut ras aut aspera membrana*) ***M*** 421 u(u *i r m 2*)lnere ***N***, uulnere *cett vulgo* 422 *om* (*signo* ⋱∧ *tamen apposito, cf ad 420*) ***M***, *i mg* ***μ*** ‖ ref(r *add m 2*)ixit ***N F***, refixit ***h*** 423 hylonome ***e*** ς *VA*, illonome ***M μ***, hillonome ***N***, hilonome ***F***, illinome ***h***, hylomone (*corr*) ***g***, Hylinome *R* ‖ morientis ***e*** *ccGoth et Zwicc* ‖ accipit (*corr* F^2) ***F h***, suscipit ς 424 Suppos itaque ł que^2 *unus Heinsianus* 425 Ammouet ***M*** 426 ductusq: clamor ***M*** ‖ dictis quoque (ł dicti *i mg m 2*) e^1 ‖ dixit ***g*** *cBerol* ‖ aur(es *i r m 2*) ***N*** 427 Arguit ***O h e*** ς ‖ Arg. (i *ex* o *m 2*)r(e *ex* a, mea *i r m 2*)s ***M*** ‖ Arg. (ire mea *i r m 2*)s telo (quod in *i r m 2*)haeserat ***N*** 429 seua ***h g*** ς *Plan* 430 Inxerat ***F g***, Iunc-xerat *cZwicc* ‖ collectis ***M μ*** ς, con/ex/is ***N***, cone(x *ex* et *m 2*)is ***F***, coniectis (ł conexis *sscr* e^2) ***e*** ς ‖ loris (ł nodis *sscr* e^2) ***e h g*** ς *et i r* ***n*** ‖ consutis v. codis (= *caudis*) *Hs* 431 Pelecomes ***M μ***, (Ph *i r m 2*)ecocom(e *ex corr m 2*)s ***N***, Phebocomes *R* ‖ hominemque similis prot. ***h*** ‖ equumque *i r* ***m*** 432 Codice ***M μ F*** e^2 *Ben Hs*. Cortice *i r* ***n***, Caudice ***e m h*** ς ***ω*** *vulgo*, Stipite *vel* Robore *vel* Cortice ς ‖ bima ***A***

Tectaphon Oleniden a summo vertice fregit.
[fracta volubilitas capitis latissima, perquē os
perque cavas nares oculosque auresque cerebrum
molle fluit veluti concretum vimine querno
lac solet, utve liquor rari sub pondere cribri
manat et exprimitur per densa foramina spissus]
ast ego dum parat hic armis nudare iacentem,
(scit tuus hoc genitor) gladium spoliantis in ima
ilia demisi. Cthonius quoque Teleboasque
ense iacent nostro: ramum prior ille bifurcum
gesserat, hic iaculum; iaculo mihi vulnera fecit:
signa vides! apparet adhuc vetus inde cicatrix.
tunc ego debueram capienda ad Pergama mitti,
tum poteram magni, si non superare, morari
Hectoris arma meis! illo sed tempore nullus,
aut puer Hector erat, nunc me mea deficit aetas.

---

433 Tectaphon Oleniden *Merkel*, Tecta phonolen idemque ***M***, Tecta pho/lo l(e *a m 2*)nide(n *a m 2*) ***N***, Te phonoleniden ***μ***, Te phonolenides ***g***, Tephonodenide(n *ex* s *m 2*) ***F***, Thephonolenyden ***e***, *σὲ τὸν Φονολείδην Plan*, Iuncta pholonidē (*omnia ex corr alio atram*) ***h***, Iuncta phonoleniden (phonolenidem *R*) ς *ω vulgo olim* ‖ Tentamon Aeniden *Gronovius*, Tectamon Oleniden *Vind p 125 Bothe*, Te, Phonolenide, summo de *Jahn*. moverent (*432*) iuncta loco, Oleniden *Sprengel*, mov. iuncta boum, Oleniden *Baumg-Crusius* ‖ asum(et *ex* o) ***μ*** ‖ vert. frendit *Merkel*² **434/438** *non habet* ***A***, *exstant in ccBerol et Leid Voss 51* (*i mg* ***h***² *item a m 2 in ccPar et Vratisl*) ς *Plan ω, del post Bothium Merkel; deff De similitud Ov* (*Wien 1883*) *p 88 Washietl, App ed exeg p 404 Ehwald, Rh Mus NF LVI 349 Helm* ‖ *poetae abiudicandi sunt hi versus ab omnibus bonis libris alieni cum propter alia* (*velut* foramină spissus, *cf med fac 89*), *tum ob illud* volubilitas capitis, *quod medii aevi, certe non Ovidianum est ac ne fast VI 271sq quidem* (*qui versus et ipsi spurii sunt, cf Peterum in App crit ed p 94*) *defenditur* **435** oculos auresque ς *VA* ‖ cerebrumque ς **436** uim. testo (*i e texto*) *cUrbinas*, vimine quali *NJhbb 1859, 640 Suchier* **436***sq* concretum vim. cribri lac solet utve liquor vini sub p. querno *Gierig*, concretum vim. spisso utve l. rari sub p. querno manat et exprimitur p. d. f. cribri *Lenz* **437** liquor uini sub p. praeli (*vel* coli) ς, utve liquor olei sub p. praeli *Credius* **438** foram. succus *vel* sparsus *vel* pulsus ς **439** At ego ***h*** ‖ parat hic ***A*** *Plan ω*, par. hunc *cGoth et tres Heinsiani Hs vulgo olim* ‖ spoliare ***p*** ς **441** d(i *ex* e *m 2*)misi ***F***, dimisi ς ‖ Cthonius (*sic semper in his poeta, cf II 553 VI 677 VIII 738*) *scripsi*, chthonius ς *A vulgo*, *Χθόνιος Plan*, thonius ***M μ F h*** ς *RV*, nonius ***N***, thonyus ***e*** ‖ telebo absque ***M***, telaba(basque *add m 2*) ***N***, thebeoasque ***F***, tholoboasque ***h*** **442** biforcum (v *sscr* ***e***) ***F e***, bisulcum ς **443** uulner(a *ex* e *m 2*) ***M*** **444** uetus ecce ς *Hs vulgo olim* **445** capiend(ū *ex* o *m 2*) pergama ***M***, capiendo Pergama (*coll IX 684sq*) *inde Ehwald* **446** Tunc ***F*** **448** (H *del*)aut ***h***, At ***M*** ‖ def(i *ex* e *m 2*)cit ***M***, deserit ***g*** ς

Quid tibi victorem gemini Periphanta Pyraethi,
Ampyca quid referam, qui quadripedantis Echecli
fixit in adverso cornum sine cuspide vultu?
vecte Pelethronius Macareus in pectus adacto
stravit Erigdupum, memini et venabula condi
inguine Nesseis manibus coniecta Cymeli.
nec tu credideris tantum cecinisse futura
Ampyciden Mopsum: Mopso iaculante biformis
accubuit frustraque loqui temptavit Hodites
ad mentum lingua mentoque ad guttura fixo.
Quinque neci Caeneus dederat, Styphelumque Bromumque
Antimachumque Elymumque securiferumque Pyraechmen:
vulnera non memini, numerum nomenque notavi.
Provolat Emathii spoliis armatus Alesi,

---

449 gem. Riphanta *R* ‖ periantha ***h*** ‖ Pyraethi *Riese*, perithi ***h***, pyreti ***A*** *Plan* ω, Pyritae *Bothe* 450 Ampyca ϛ *Plan A vulgo*, Amphyca ***M*** μ, Amphica ***N F h*** *RV*, Anphyca ***e*** ‖ refferam q/ (= qui) ***M*** ‖ quadripedantis ***M F h***, quadr(u *i r m 2*)pedantis ***N***, quadrupedantis *cett* ω *vulgo* ‖ echecli (*cf NJhbb 1872, 428 Roscher*) ***M*** μ *Bothe*, oecli ***F g*** ϛ *VA Hs*, echeli ***N***, ahecli ***e***, anecli ***h***, oicli ϛ *Plan Jahn*, Ochecli *NJhbb 1859, 640 Suchier* 451 a(d *add m 2*)uerso ***N*** ‖ cornu/ ***N***, cornu ***g*** ϛ 452/454 *om* ***N***, *i mg* ***n*** 452 pelet(h)ronius ***F h*** μ *Jahn*, Victe pelethroni^{2} (*i e* pelethronius) ***M***, pelet(i *vel* l)^{m}ro ***n***, pelecormus ***e***, *Πλεθρόνιος* (*Πελέθρονιος Boissonade*) *cod Par 2848 Planudis*, Phalectronius *R*, pelethronium *frg Boxhorni Hs vulgo* ‖ micareus ***h*** ‖ in pectus *i mg* μ^2 453 *om* ***M***, *signum* ∴ *i mg add* ***m*** ‖ stauit μ ‖ egyddupum ***F***, eriedippum ***h***, eridippum ***g***, eriduplum μ, Erigrippum *R*, Eridupum *VA*, Erigdupon *Bothe* ‖ et *eras* ***n*** 454 Nesseis *cDresd et e coni Hs vulgo*, nessei/ (s *eras*) ***n***, nessei ***M e*** ϛ *RV*, nessi (*item s l*, nessei *i mg*) μ, nesei ***F h***, Nessaei *A* ‖ *τὸν ἐμὸν σίγυννον ὑπὸ τὸν βουβῶνα κρυβέντα τοῦ Νεσσαίου Κυμήλου Plan* ‖ Inguine nesseo *cZulichem*, Ingu. nesse tuo *cJunianus* ‖ conuecta ***n*** ‖ coniecta manibus (*corr*) ***e*** ‖ cime(l *ex* d)i ***M***, timoli ***h***, Cimoli *Bothe* 456 Ampyciden ϛ *Plan A vulgo*, Ampycidē *RaphRegius*, Arphice(t *ex* d *per ras*)en ***M***, Amphiceden ***N***, Anficeden μ, Anphiciden ***F***, Amphiciden ***h g*** *R*, Amphycidē ***e***, Amphicidem *V* 457 Accubuit ***A*** *Korn*, (O *ex* A)ccubuit μ, Occubuit ***h*** ϛ *VA vulgo olim*, Procubuit *Merkel*^{1} ‖ odites ***h*** ϛ *Plan* ω *vulgo olim*, Orites *Roscher* 459 stiphelumque ***M***, Styphelonque *Plan Jahn* ‖ *Βρόμιον Plan* ‖ Styphelonque Bromonque *Bothe* 460 Athimathumque ***h*** ‖ Elymumque ϛ *VA Jahn*, *καὶ Ἔλυμον Plan*, elimumque ***M*** μ, helimumque ***N F*** ϛ *Hs vulgo olim*, helinumque ***h*** *R Baumg-Crusius*, helynumque ***e***, helimumque ***g***, Helinonque *Bothe* ‖ Pyraechmen *Jahn*, pyramen ***M*** μ, pyram̄ (*i e* pyramen) ***N g***, pẏramon ***F*** *Plan*, pyragm̄ ***e***, piramum ***h***, pyracmon ϛ *Hs vulgo olim*, Pyragmon *R*, pyrāmon *Regius*, Pyramē *V*, Pyragmē *A*, Pyratmon *Bothe*, Pyracten *Merkel*^{2} 462 Prouo(l *ex* c)at ***M*** ‖ emathiis ***N***, emachii ***h*** ‖ Alesi (*Ἀλήσιος*)

quem dederat leto, membris et corpore Latreus
maximus: huic aetas inter iuvenemque senemque,
vis iuvenalis erat, variabant tempora cani.
qui clipeo gladioque Macedoniaque sarisa
conspicuus faciemque obversus in agmen utrumque
armaque concussit certumque equitavit in orbem
verbaque tot fudit vacuas animosus in auras:
„et te, Caeni, feram? nam tu mihi femina semper,
tu mihi Caenis eris. nec te natalis origo
commonuit, mentemque subit, quo praemia facto
quaque viri falsam speciem mercede parasti?
quid sis nata, vide. vel quid sis passa, columque,
i, cape cum calathis et stamina pollice torque:
bella relinque viris!“ iactanti talia Caeneus
extentum cursu missa latus eruit hasta,
qua vir equo commissus erat. furit ille dolore

---

464 [*cf XV 210*] *Servius in Aen V 409*: additum enim hoc est ad exprimendum, quid sit ‘senior’: item Ovidius ‘inter iuuenemque senemque’ ‖ *Isidorus Orig XI 2, 25 Lindem*: Senior est adhuc viridior. Ovidius: Senior, Inter iuvenemque senemque [in sexto libro Ovidius Senior inter *sq ccGuelph 1 et 2* Ovidius in sexto libro: Senior, . . . inter iuvenemque *Arevalo*] . *memoriter locum laudasse Isidorum suspicatur ap Lindemannum WOtto . sed videtur ille locum Servii male intellectum exscripsisse* ‖ *item citatur apud Hugonem de SVictore 61 p 134*: ‘Ovidius in lib. VI senior inter iuvenemque senemque’.

---

scripsi cum ***M*** μ ***h*** ς *VA*, helasi ***F***, *Ἁλαίσου Plan*, halesi ***N e*** ς *R Hs vulgo* **463** membrisque et *ccBas et Goth Burm* ‖ corporis atreus ***M*** **465** Ui/s (i s *i r m 2*) ***N*** ‖ iuuenalis ***O*** μ ***e*** *R*, iuuenilis ***F h*** e^2 ς *VA vulgo olim* **466** galeaque ς *Hs vulgo olim* ‖ macedoni(a *ex* o *m 2*)que ***M***, machedonia(que *add m 2*) ***e*** ‖ sarisa ***N F g***, sa/rissa (c *vel* r *eras*) ***M***, sarissa μ ***h*** ς ω *vulgo*, saryssa ***e*** **467** facieque ***e g*** ‖ obuers(us *i r m 2*) ***N*** **468** certusque *Kraffert* **470** ceni ***F*** ς ‖ crimina ***M***, (fe *i r m 2*)mina ***N*** **472** Com-
monuit ***M***, Commo/uit (n *eras*) ***N***, Commouit ***e*** ς *V*, Comminuit (ł mouit *sscr* $\boldsymbol{F}^2$) ***F*** ς, Continuit ς ‖ mentemue *cMoreti et e coni* (*cf Bothe Vind p 174*) *JHVoss* ‖ pacto *ccBas et Medic* **473** parasti (*cf X 637 alia*) ***M*** μ *RV Ehwald*, pararis ***X*** *vulgo* **474** Quid sis nata uide *recepi ex* ***O*** μ ς *RA*, Vel quid (nata *om*) uide ***F***, Quid uel nata uide *V*, Uel quid nata u. ς^* ς *Hs vulgo* **475** I(am *add m 2*) cape ***N***, Tu cape ***e*** ‖ I carpe et calathos ***h*** **476** Tela rel. *cMed R* **477** Ext(i *i r*)nctum ***M***, Excussum *cMenardi* ‖ media latus ***g*** ‖ hauriit (perforauit *sscr m 2*) ***M***, eruit (perforauit *sscr m 2*) ***e***, irruit *in Bibl Diez 1075 Hs*, hauserat μ

nudaque Phyllei iuvenis ferit ora sarisa.
non secus haec resilit, quam tecti a culmine grando,
aut siquis parvo feriat cava tympana saxo.
comminus adgreditur laterique recondere duro
luctatur gladium: gladio loca pervia non sunt.
„haud tamen effugies! medio iugulaberis ense,
quandoquidem mucro est hebes“ inquit, et in latus ensem
obliquat longaque amplectitur ilia dextra:
plaga facit gemitus in corpore marmoris icti,
fractaque dissiluit percusso lamina callo.
ut satis inlaesos miranti praebuit artus,
„nunc age“, ait Caeneus, „nostro tua corpora ferro
temptemus!“ capuloque tenus demisit in armos
ensem fatiferum caecumque in viscera movit
versavitque manu volnusque in volnere fecit.
Ecce ruunt vasto rabidi clamore bimembres
telaque in hunc omnes unum mittuntque feruntque.
tela retusa cadunt: manet inperfossus ab omni
inque cruentatus Caeneus Elateius ictu.

---

479 Phyllei (*item e coni Hs*) *ccGoth vulgo*, *Φυλλείου Plan*, Phyllaei *aliquot codd Const Fanensis Micyllus*, phylei *e A*, philei *h g RV*, pỹlei *F*, pillei *O μ*, pellaei *ς* ‖ f. ossa *e h* ‖ sarisa *N F g*, sa/rissa (c *eras*) *M*, sarissa *cett vulgo* 480 tecti a culmine *N ς ω vulgo*, iacta aculmine *M*, tecti culmine *μ F e g ς* 481 Aut hii quos paruo *M* ‖ feriant *M*, feri(at *i r m 2*) *N* ‖ tỹmp(a *ex* o *m 2*)na *F*, timpora *e g* 482 dur(o *i r m 2*) *N* 484 Hau(d *ex* t *m 2*) *F* 485 ebes i. et in latus eius *M* 486 Obliquans longa complectitur *cMoreti* 487 *del Merkel*² ‖ ut (*i r m 2*, in *sscr m 3*) corpore *N*, ut (*i r m 2*, in *fort fuit*) corp. *F*, ut corp. *h ς VA*, in (ceu ł ut *sscr m 3*) corp. *e*, ceu corp. *g ς Hs vulgo olim* ‖ *ὥσπερ δὴ μαρμάρου πληγέντος Plan*, ceu uerbera marmoris *HAKoch* 488 desiliit *e*, dissiliit *ς* ‖ percuss(o *ex* us) *h* ‖ lamina *F e g ω*, lammina *O h* ‖ callo *Merkel*, collo *A ω* 489 illesos *μ* 490 tua pectora *h ccDresd et Goth* 491 Temptamus (*corr n*) *O μ g* ‖ dimisit *F h ς* 492 caecumque ł ce̥cam² *e coni Riese*, cecumque *e*, caecamque *A* ‖ *ω καὶ ἐν τῷ σκότει τῶν σπλάγχνων* (*i e* caecoque in viscere?) *Plan*, caecamque in viscere *Hs* ‖ in uiscera condit *ccBas et Vat* 493 manu *Riese*, manum *A ω* ‖ ‘. . . *sein todbringendes Schwert, und blind in dem Inneren regt' ers mit umwendender Hand' vertit JHVoss* ‖ u² uolnusque in u² uolnere *N*, uulnus in uulnera *h*, uulnusque in uulnere *cett vulgo* 494 rabidi *h cHamb A Hs vulgo*, rapidi *A R*, trepidi *F g ς V* ‖ r. demore *h* 495 mittunt feriuntque *F e g ς* ‖ f(er *ex corr*)untque *M*, ferunt(que *om*) *N*, feri//que *μ*, ruuntque *p*, furuntque *Bach* 496 recussa *h*, retunsa *F* ‖ inperfossos *M* 497 alatheius *N*, alateius *h*

Fecerat attonitos nova res. „heu dedecus ingens!“
Monychus exclamat, „populus superamur ab uno
vixque viro: quamquam ille vir est, nos segnibus actis
quod fuit ille, sumus! quid membra inmania prosunt?
quid geminae vires et quod fortissima rerum
in nobis duplex natura animalia iunxit?
nec nos matre dea, nec nos Ixione natos
esse reor, qui tantus erat, Iunonis ut altae
spem caperet: nos semimari superamur ab hoste!
saxa trabesque super totosque involvite montes
vivacemque animam missis elidite silvis!
silva premat fauces, et erit pro vulnere pondus.“
Dixit et insanis defectam viribus austri
forte trabem nactus validum coniecit in hostem
exemplumque fuit, parvoque in tempore nudus
arboris Othrys erat, nec habebat Pelion umbras.
obrutus inmani tumulo sub pondere Caeneus
aestuat arboreo congestaque robora duris
fert umeris, sed enim postquam super ora caputque
crevit onus neque habet, quas ducat, spiritus auras,
deficit interdum, modo se super aera frustra
tollere conatur iactasque evolvere silvas,
interdumque movet, veluti, quam cernimus, ecce,
ardua si terrae quatiatur motibus Ide.

---

498 attonitus (*corr m 2*) *μ* 499 Monochus *F*, Monachus *M*, Mo-n(y *i r m 2*)chus *N*, Monicus *h ς* 500 Ui(x *i r m 2*)que *N* ‖ ille *i l* F^2 501 sumus et quid *h* 502 et qu(i *i r m 2*)d *N*, et qu(o *ex* i)d *e*, et quid (quod *sscr g*) *g ω* ‖ uires quid quod *ς*, vires? quid? quod fort. *inde Hs vulgo olim* 503 n(o *ex* u)bis *M* ‖ natura duplex *Hs vulgo olim* 504 de(a *ex* o *m 2*) *F* ‖ exione *M*, (i *i r m 2*)xione *N* 506 caperet *e* ‖ semiuiro *ς* 509 ter *F*, premet *e g* ‖ et erit *i r n* 510 insanis *M F μ e cDresd Ben RV Jahn*, insani/ (s *eras*) *h*, insani(s *add m 2*) *N*, insani *ς Hs vulgo olim* ‖ defectam *scripsi cum N ς*, defectum *M*, derectam *μ*, deiectam *F* $ς^*$ *ς ω vulgo*, disiectam (*cf ad 366*) *vel* direptam *ς* ‖ astri *M*, a(ustri *i r m 2*) *N* 511 ualidam *cGronov* ‖ conuertit *p* 512 nudis *F* 513 otris *h* ‖ pelios *M μ ς Merkel*² 514*sq* tumulo *A RV*, cumulo *ς A vulgo* ‖ cumuli—arborei *cMedic* 515 coniestaque *M μ*, coniectaque *h ς VA* 517 nec habet *h ς* ‖ qua (*vel* quo) ducat *Hs* 518/521 *del Merkel*² 518 se superantia frustra *Korn* 519 *'lege* revolvere' *in Mscr Diez 1075 Hs* 520 Interdumque /// mouet (a *sub ras dignoscitur*) *M* 521 mo/tibus (n *eras*) *O*

exitus in dubio est: alii sub inania corpus
Tartara detrusum silvarum mole ferebant;
abnuit Ampycides medioque ex aggere fulvis
vidit avem pennis liquidas exire sub auras,
quae mihi tum primum, tunc est conspecta supremum.
Hanc ubi lustrantem leni sua castra volatu
Mopsus et ingenti circum clangore sonantem
adspexit pariterque animis oculisque secutus,
„o salve“ dixit, „Lapithaeae gloria gentis,
maxime vir quondam, sed avis nunc unica, Caeneu!“
credita res auctore suo est: dolor addidit iram,
oppressumque aegre tulimus tot ab hostibus unum;
nec prius abstitimus ferro exercere dolorem,
quam data pars leto, partem fuga noxque removit.'

Periclymenus.

Haec inter Lapithas et semihomines Centauros
proelia Tlepolemus Pylio referente dolorem
praeteriti Alcidae tacito non pertulit ore
atque ait: 'Herculeae mirum est oblivia laudis
acta tibi, senior! certe mihi saepe referre
nubigenas domitos a se pater esse solebat.'
Tristis ad haec Pylius: 'quid me meminisse malorum

---

523 retrusum ***M*** 524 annuit (*corr n*) ***O***, A(b *ex* n *m 2*)nuit ***F***, Amnuit ***μ*** ‖ ampycides ***e ς*** *Plan A*, amphycides ***M***, amphicides ***N F μ h g ς R*** ‖ sub aggere *cBas* 525 auem pennis hæc qdā (*i e* quidam) exire ***M*** ‖ per auras *cBas* 526 tum primum ***A*** *RA*, tunc pr. ***n ς*** *Hs vulgo* ‖ pr. tunc est conspecta supremum ***ς*** *A Hs vulgo* ‖ pr. (nunc *ex* tum *m 2*) est c. supr. u, pr. tunc est c. uolucris ***M ς***, pr. fuerat (*sed* fuerat *i r* ***μ***) c. uolucris ***μ F h e g ς*** *RV* ‖ tunc pr. nunc est c. supremum ***ς***, tunc pr. tunc est mihi uisa supr. *cAmbr*, tunc, inquit, tunc est c. supr. *Henneberger* 527 Hanc ibi *Merkel*² ‖ leui ***g ς*** *Plan* ‖ claustra *Gronov* 528 clangore ***N ς ω*** *vulgo*, clamore ***M F μ h e g ς*** 529 pariterque a(nimo est *i r*, *fort a m 2*) oculisque ***F***, p. animo est oculisque ***h e ς*** *Jahn*, p. oculis animoque ***p ς*** *Hs vulgo olim* 530 lapithaeae ***N μ e*** *VA vulgo*, laphiteę ***F h g ς***, *Λαπιθείου Plan*, lapithee ***M***, Lapithee *R*, Lapitheae *Bothe* 531 auis nunc ***A ω*** *Jahn*, nunc avis ***ς*** *Hs vulgo* ‖ gloria gentis maxima, vir quondam, sed *Hs* 532 auditore ***h*** 534 ferrum exercere cruore *cMedic Hs vulgo olim* 535 leto est ***ς*** ‖ partim ***M R*** ‖ fugata (ta *virgula del m 2*) noxque ***M*** ‖ redemit *vel* diremit ***ς*** 536 laphit(h)as ***F g R*** 537 Tlepolemus ***ς ω*** *Regius vulgo*, tlipolemus ***M μ***, triptolemus ***h ς*** *Plan*, /triptolemus ***N***, triptholemus ***g***, tryptolemus ***e***, tripolomus ***F*** 538 (c *ex* p *per ras*)acico ***M***, (ta *i r m 2*)ci(to *i r m 2*) ***N***, placido ***ς*** 539 oblivio *Bothe* 540*sq* Facta tibi ***ς*** ‖ senior pater *multi coniungebant ante Dan Heinsium* 541 esse solebat ***M F μ e ς*** *Korn*, ipse (*i r* ***n***) sol. ***h n ς ω*** *vulgo olim* 542 pilius sed quid meminisse ***F g***

cogis et obductos oculis rescindere luctus
inque tuum genitorem odium offensasque fateri?
ille quidem maiora fide, di! gessit et orbem
inplevit meritis, quod mallem posse negare:
sed neque Deiphobum nec Polydamanta nec ipsum
Hectora laudamus — quis enim laudaverit hostem?
ille tuus genitor Messenia moenia quondam
stravit et inmeritas urbes Elimque Pylumque
diruit inque meos ferrum flammamque penatis
inpulit, utque alios taceam, quos ille peremit,
bis sex Nelidae fuimus, conspecta iuventus:
bis sex Herculeis ceciderunt me minus uno
viribus; atque alios vinci potuisse ferendum est,
mira Periclymeni mors est, cui posse figuras
sumere, quas vellet, rursusque reponere sumptas
Neptunus dederat, Nelei sanguinis auctor.
hic ubi nequiquam est formas variatus in omnes,
vertitur in faciem volucris, quae fulmina curvis

---

543 obductos oculis (*cf Aen X 64*) *scripsi cum* ***M*** *cBononiensi*, obductos an(nis *i r m 2*) ***N***, obd. annis ***μ F h e ς ω*** *vulgo*, obd. leuiter ***ς*** ‖ rescindere (ł reccingere *sscr* e^2) ***e ς*** *Hs vulgo*, *ἀναξαίνειν Plan*, resciscere (rescindere //// i *corr* μ^2) ***μ h ς***, rescissere ***p***, restinguere ***M***, restinguere ***F ς***, restngere ***g***, restringere (*fort recte, est enim restringere idem quod aperire; item i mg* e^2) ***N VA***, retexere ***ς R*** ‖ obductum leviter rescindere vulnus *coni Hs* **544** odia *Bothe* ‖ offensamque ***ς*** **545** fide di! gessit *e coni Hs vulgo*, fide digessit ***M*** *ccBarberin Bonon Medic*, fide igessit (quoque *i mg*) ***μ***, fide (con *i l*)gessit s² ***p***, fide quoque g. ***X*** (*i r n*) ***ω*** *Jahn* **546** quid ***μ*** ‖ mallem ***F*** ‖ negari ***h ς*** *Hs vulgo olim* **547** deiphobum ***ς*** *Plan VA vulgo*, dei phoebum ***M***, deiphebum ***N F μ h g***, deyphebum ***e*** ‖ polydamanta ***μ h e ς*** *Plan RA vulgo*, polidamanta ***M F ς***, pollidamanta ***N***, ¡Pulydamanta (*sed cf her 5 94 Prop IV 1, 29*) *post Const Fanensem in praef ed² p XXV Riese* **549** Messania ***ς*** *R Hs vulgo olim* **550** emeritas ***M*** ‖ e(l *ex* t)imque ***M***, elimque ***N ς R***, m elymque ***e g***, elīque ***h***, helīque ***F***, helimque ***ς***, elinque ***μ***, elinque ***m ς*** *VA Plan vulgo* ‖ pilūque ***O h***, Pylonque ***ς*** *Merkel* **551** flammasque ***g ς ω*** *Jahn* ‖ penatis ***M***, penates *cett ω vulgo* **552** intulit *Burm* **553** *om* (*i l add m 3*) ***F*** nelidae ***N*** *A et e coni Hs*, *Νηλεῖδαι Plan*, pelide ***M***, neleide/(s *eras*) ***μ***, neleide ***g***, neleyde ***e***, neleiade ***F***³, neleide ***h ς RV*** **554** *om* ***O***, *i l n* **555** est *del Hs* **556** periclimeni ***M ς***, periclimini ***μ***, pericremeni ***h***, perichemeni *R* **557** resumere sumptas ***g*** *cBersm* ‖ sumptasque reponere posse ***ς*** **558** ne(l *ex corr*)ei ***M*** c² **559** nequiquam ***F***, nequicquam ***μ h g*** ‖ uersatus ***ς*** *Gebhardus* **560** Vertitur *i r* ***F***²

ferre solet pedibus divum gratissima regi;
viribus usus avis pennis rostroque redunco
hamatisque viri laniaverat unguibus ora:
tendit in hunc nimium certos Tirynthius arcus
atque inter nubes sublimia membra ferentem
pendentemque ferit, lateri qua iungitur ala;
nec grave vulnus erat sed rupti vulnere nervi
deficiunt motumque negant viresque volandi.
decidit in terram non concipientibus auras
infirmis pennis, et qua levis haeserat alae,
corporis adfixi pressa est gravitate sagitta
perque latus summum iugulo est exacta sinistro.
nunc videor debere tui praeconia rebus
Herculis, o Rhodiae rector pulcherrime classis?
nec tamen ulterius, quam fortia facta silendo
ulciscor fratres: solida est mihi gratia tecum.'
Haec postquam dulci Neleius edidit ore,
a sermone senis repetito munere Bacchi
surrexere toris: nox est data cetera somno.

Achillis mors.

At deus, aequoreas qui cuspide temperat undas,
in volucrem corpus nati Phaethontida versum

---

561 Fert (*corr*) *μ* 562 usus abit (*corr*) ***M*** ‖ reducto *μ* ς, recuruo *vel* rotundo ς 563 laniauerit ***M***, lania///uerat *e* 564 in hunc ***N F h e*** ς *ω Hs*, in hac$^{n^2}$ ***M***, in hanc *μ* ς *Merkel* ‖ certos nimium ***h***, /(im *i r m 2*)um certos ***N*** ‖ t(y *ex* e *m 2*)rinthius ***N***, thirrinthius ***F*** 566 Pend. rapit ς ‖ lateri/ ***N***, lat(æ *ex* a)ri qua (fi *ex* fun)gitur ***M***, f(i *ex* u$^{uel\ iungitur}$)ngitur *μ*, subditur *Merkel*^{2} ‖ al(a *ex* e *m 2*) ***F*** 568 Destituunt ***h*** ς ‖ uiresque n. motumque ς ‖ uolanti ς 569 consp(i *ex* e, spi *vivgula del m 2*)cientibus$^{pi^2}$ ***M***, (con *i r m 2*)cipientibus ***N*** 570 inferius pennis *Merkel*^{2} ‖ pinnis (*corr m 2*) ***N*** ‖ et qua ***A R Hs***, et quae ς *VA Merkel*^{2} ‖ qua (le *s l m 2*)uis h. ala ***M*** 571 est *del Bothe* 573 *Omnia praeter* a rebus *nigriore atram redintegrata* ***F*** ‖ Nunc uideor ***M μ F g p*** ς *R Korn*, N(c̄ *i r m 2*) uid. ***N***, Non uid. ***e*** ς, Num uid. ***h*** ς *VA Hs vulgo olim* ‖ tuis ***M*** *VA*, tui/ ***N*** ‖ debere tibi praec. rebus Herculeis, Rhodiae *Hs* 574 Hercules ***M*** ‖ o (crod *i r m 2*)ię ***N*** ‖ horoide ***h*** ‖ rector *scripsi* (*cf quae dixi Hermes XXXIX 54*) *cum* ***A R***, ductor ς *VA vulgo* ‖ (gent *i r m 2*)is ***N***, gentis ς 575 Ne tamen ς 576 Ulciscar ***h*** ς *Hs vulgo olim*, Ulcisc(a *ex* o *m 2*)r ***N*** 577 neleos$^{\text{ſu}^2}$ ***M***, nileius ***h*** 579 t(h)oris ***n X*** *ω vulgo*, toro ***O*** *μ* 580 *i l* ***F***^{3} 581 phaethontida ς *Merkel*, pethontida ***M*** (petho *virgula del*, cin *sscr*)ntida *μ*, (cig *i r m 2*, o *videtur fuisse pro* g)n(ei *i r m 2*)da ***N***, cy(i)gneida ***F e h g*** ς *VA*, cygeneida *R*, stheneleida ς *Hs vulgo olim*, *κύκνον εἰς ὄρνιν Plan*, Ledeida *Hs*

mente dolet patria saevumque perosus Achillem
exercet memores plus quam civiliter iras,
iamque fere tracto duo per quinquennia bello
talibus intonsum conpellat Sminthea dictis:
'O mihi de fratris longe gratissime natis,
inrita qui mecum posuisti moenia Troiae,
ecquid, ubi has iamiam casuras adspicis arces,
ingemis? aut ecquid tot defendentia muros
milia caesa doles? ecquid, ne persequar omnes,
Hectoris umbra subit circum sua Pergama tracti?
cum tamen ille ferox belloque cruentior ipso
vivit adhuc, operis nostri populator, Achilles.
det mihi se! faxo, triplici quid cuspide possim,
sentiat; at quoniam concurrere comminus hosti
non datur, occulta necopinum perde sagitta!'
Adnuit atque animo pariter patruique suoque
Delius indulgens nebula velatus in agmen
pervenit Iliacum mediaque in caede virorum
rara per ignotos spargentem cernit Achivos

---

583 *Lucan I 1*: Bella per Emathios plus quam civilia campos.

---

583 patrias plus *cGoth* ‖ iras ciuiliter (*corr*) ***F*** 584 Iamque ph(a *ex* oc *i r m 2*)retrato d. per quinalia ***M*** 585 Sminthea *A et post Farnabium Mitscherlich vulgo*, Smynthea *V Append Adn ad Suet c 12 Beroaldus Hs*, //inthia (o *vel* c *i r m 2*, m *eras videtur*, *gl* apollo *i mg*) ***M***, cinthia ***μ N F g h*** ς, cynthya ***e***, cynthida ***p***, cynthia *R*, *Κύνθιον Plan* 586 "natis l. gr. "fratris ***h*** ‖ c(h)arissime *VA* 588 Ecce quid ***e***, Et quid ς ‖ has iamiam cas. ς *R*, has (ia[c]as, *omnia praeter* a *alterum i r m 2*) cas. ***N***, has iam casuras ***M***, has ubi iam cas ***e***, Ecquid ubi hasciacas (ecquid adhuc dubitas *i mg*) ***μ***, Ec quid ubi asia(m *i r m 2*) et cas. ***F***, hec quid ubi iam iam cas. ***h***, ecquid ubi asiacas cas. ς *A*, Ecquid ut has iam iam cas. ς *Hs vulgo olim*, ubi has iam iamque caducas ***g*** ‖ *ἀσιχὴν ἀκρόπολιν Plan* ‖ conspicis *vel* prospicis ς 589 aut hec quid ***F***, aut haec qui ***h*** ‖ descendentia (tot *omissum i mg add*) ***h*** ‖ def. (m *ex corr m 2*, t *videtur fuisse*)uros ***N*** 590 ce(s *ex corr m 2*)a ***F*** ‖ et quid ne ***h*** ‖ nec pers. ***e*** 591 sua menia tracti ***g*** ς ‖ rapti *cGronov* 592 Cur tamen ***μ*** ς, Et tamen ς ‖ crudelior isto ***g*** 593 Uiuat ς 594 Dæt (*sed* e *postea add*) ***M*** ‖ quod[i2] ***e*** 595 Sentiet ***M μ e*** ς, Senti(at *i r m 2*) ***N*** ‖ et quoniam ***ω*** 596 necopi(n *ex* m *per ras*)um ***O*** ‖ prode *cCantabr* 597 paruique[t2] ***F***, patruoque ς *Hs vulgo olim*, patrisque ***p*** 598 delatus *cMedic* 599 in plebe *cGronovii* 600 Gnara ***M***, Rapta ***g***, gnava *Hs*, vana *Burm*

tela Parim fassusque deum ‘quid spicula perdis
sanguine plebis?’ ait. ‘siqua est tibi cura tuorum,
vertere in Aeaciden caesosque ulciscere fratres!’
dixit et ostendens sternentem Troica ferro
corpora Peliden arcus obvertit in illum
certaque letifera direxit spicula dextra.
quod Priamus gaudere senex post Hectora posset,
hoc fuit: ille igitur tantorum victor, Achille,
victus es a timido Graiae raptore maritae!
at si femineo fuerat tibi Marte cadendum,
Thermodontiaca malles cecidisse bipenni!
Iam timor ille Phrygum, decus et tutela Pelasgi
nominis, Aeacides, caput insuperabile bello,
arserat: armarat deus idem idemque cremabat;
iam cinis est, et de tam magno restat Achille
nescio quid parvum, quod non bene conpleat urnam:
at vivit totum quae gloria conpleat orbem!
haec illi mensura viro respondet, et hac est
par sibi Pelides nec inania Tartara sentit.

607*sq Sen Controv X 4, 25*: P. Vinicius, summus amator Ovidii, hunc aiebat sensum disertissime apud Nasonem Ovidium esse positum, quem ad fingendas similes sententias aiebat memoria tenendum . occiso Achille hoc epiphonema poni: ‘Quod Priamus—Hoc fuit’.

---

329 Iure μ p ς, Dure *F*, Dire ς ‖ phiolotete μ, phyloctecte *e* ‖ exercere *ccDresd et Goth R*, execrere *h e* 330 Defoucas—dolendi (*corr m 2*) *F* 331 (ti *i r m 3*)bi *n* 333 332 ς 332 *'Aut valde depravatus est hic versus aut adulterinus' Hs, del post Moretum Merkel, deff post Bothium Ehwald (App cr ed exeg p 406) et (Rh Mus N F LVI 358) Helm, atque ille ut censeret* ut *idem esse quod* licet, *hic ut coniunctivum* fiat *pendere vellet a praecedenti* cupiasque; *sed sic videtur interpretandum: 'ut tui quondam mihi copia facta est (cum me auctore Lemni relictus es), sic (nunc) fiat tibi copia nostri', cf De locis quibusd p XI Pascal* ‖ mihi sit fiat *F* ς *R Madvig (Adv cr II 91), qui versum in parenth posuit,* michi sit μ ‖ sic tibi fiat *g* ‖ mihi sit sic sit tibi *cBas* 332*sq versum 333* Te tamen—nitar *habent F h* ς *V A, om* μ *e n g* ς ‖ Te tamen aggrediar nec inultus spero relinquar (*i mg* μ^2) ς *R*, Te t. aggrediar longe formidine pulsa *i mg* e^3, Te t. aggr. longe formidine pulsa ς, Te t. agrediar m. red. nitar *i mg (m 3) n*, Te t. aggr. mecum te ducere nitar *cRhenov*, Te t. aggr. castrisque red. nitar *frg Boxhorn et cJunianus Burm*, Te t. aggr. sollerti pectore fidus ς ‖ mecumque red. nitar *del ('non enim dubito hunc et plures ab Ovidio versus relictos imperfectos, quos scioli postea suppleverint') Hs*, te t. aggrediar: fiet tibi copia nostri *Bentley*, te t. aggr. (sic fit tibi copia nostri) tamque tuis *sq Pr Blankenb 1847, 13 CHMüller*, Te tamen a., nec inultus, spero, relinquam *p 4 Braune* ‖ *versu 333 deleto lacunam statuit Ehwald* 334 faueas *ccBonon et Pal* 335 cum coepi (*i e cum decrevi illo potiri, coll IX 115*) *Bothe* 336 rexi (*corr m 2*) *F* 337 rapuii frigrię (*sic*) *F* 338 comparat *e n g* ς ω *Jahn vulgo*, cōparat *F*, comperat μ, comparet ς *Hs vulgo olim*, conferat (*cf v 6*) *h* ς *Baumg-Crusius* 339 *del Bellermannus* ‖ illis *e* ς *Burm*, ł illo i. palladii signo *sscr* e^2 340 ubi es *unus Heinsianus* ‖ aiax ubi est *h* 341 cur haec *g* ‖ metui(t *i r*) *h*, metuit ς 342 hosti (nocti *i mg m 2*) *e*

perque feros enses non tantum moenia Troum,
verum etiam summas arces intrare suaque
eripere aede deam raptamque adferre per hostes?
quae nisi fecissem, frustra Telamone creatus
gestasset laeva taurorum tergora septem.
illa nocte mihi Troiae victoria parta est:
Pergama tunc vici, cum vinci posse coegi!
Desine Tydiden voltuque et murmure nobis
ostentare meum: pars est sua laudis in illo.
nec tu, cum socia clipeum pro classe tenebas,
solus eras: tibi turba comes, mihi contigit unus.
qui nisi pugnacem sciret sapiente minorem
esse nec indomitae deberi praemia dextrae,
ipse quoque hoc peteret, peteret moderatior Aiax
Eurypylusque ferox claroque Andraemone natus
nec minus Idomeneus patriaque creatus eadem
Meriones, peteret maioris frater Atridae:
quippe manu fortes nec sunt tibi Marte secundi,
consiliis cessere meis. tibi dextera bello
utilis: ingenium est, quod eget moderamine nostro;

---

343 troiae *μ ς* **344** a(r *ex* c *m 2*)tes ***F*** **344** *sq exstant (cf ad 276 sq) in* ***O*** **345** raptamue ***O***, raptam(que *om*) ***F*** ‖ efferre ***h*** *ς R Hs vulgo olim*, auferre *ς* **346** fecisse(m *ex* s *m 2*) ***M*** **347** Gestaret *ς* **349** tum *ς Hs vulgo olim* ‖ tunc uici tunc uinci ***h*** ‖ cum uici ***N*** **350** tydiden ***N e ς*** *Plan vulgo*, tididen ***F***, titiden ***M***, titidē ***h***, tytiden *μ g*, titidem *ς* ‖ uoltuque ***N***, uultuque *n cett vulgo*, nutuque *in Mscr Diez 1072 Hs* **351** est *om μ* ‖ est sue ***h*** ‖ in illis *cMoreti Hs vulgo olim* ‖ pars et s. l. in illis *vel* pars est s. l. et illi *coni Hs* ‖ *ἔστι κἀκείνῳ μερὶς τῶν ἐπαίνων οἰκεία Plan* **352** pro socia clipeumque cum cl. ***h*** **353** mihi turba comes tibi cont. ***M*** **354** pugnantem *ccMenardi et Goth* **355** deberi s. praemia (*sed* s. *virgulis deletum*) ***F*** **356** hoc peteret (*de quo agitur sc*) ***O μ***, haec p. ***X*** *ω vulgo* ‖ peteret *alterum om* ***O μ***, *i mg add μ* ł peteret *m* ‖ peteret alter m. aiax ***N*** **357** Euripalusque ***h***, Eurypi(l *ex* i *i r m 2*)usque ***M*** ‖ Andraemone *Plan Jahn*, andremone ***A*** *ω vulgo olim* ‖ *cf Ilias Lat 202 583* **358** idoneus (idomeus *i mg m 2*) ***M***, ideus (idoneus *i mg μ*), idomeus ***h*** **359** Me-e² rionis ***F*** ‖ Meriones //(que *eras*) peterent s. filius² maioris fratris ***M*** **360** *sic* ***F*** *ς ω vulgo* ‖ manu(s *a m 2*) f. n. s. tibi m. secund(e *ex* i *m 2*) ***N***, manus—tibi m. secundae ***M***, uel nu manus—tibi m. secund(i *ex* e) *μ*, manu fortes non sunt tibi ***h*** ‖ sunt mihi (ł tibi *sscr* ***e***²) ***e*** *duo ccLeidens Merkel* ‖ quippe animae fortes tibi nec Mavorte secundae *Hs* ‖ nec—secundi *in parenth pos Burm* **362** ingenio (*corr*) ***F*** ‖ moder. nostri (*ingenii sc*) *ccRhenov et Palat Hs vulgo olim*, mod. certo *ς*

tu vires sine mente geris, mihi cura futuri;
tu pugnare potes, pugnandi tempora mecum
eligit Atrides; tu tantum corpore prodes,
nos animo; quantoque ratem qui temperat, anteit
remigis officium, quanto dux milite maior,
tantum ego te supero, nec non in corpore nostro
pectora sunt potiora manu: vigor omnis in illis.
At vos, o proceres, vigili date praemia vestro,
proque tot annorum cura, quibus anxius egi,
hunc titulum meritis pensandum reddite nostris!
iam labor in fine est: obstantia fata removi
altaque posse capi faciendo Pergama cepi.
per spes nunc socias casuraque moenia Troum
perque deos oro, quos hosti nuper ademi,
per siquid superest, quod sit sapienter agendum,
siquid adhuc audax ex praecipitique petendum est,
si Troiae fatis aliquid restare putatis,
este mei memores! aut si mihi non datis arma,
huic date!' — et ostendit signum fatale Minervae.
Mota manus procerum est, et quid facundia posset,
re patuit, fortisque viri tulit arma disertus.
Hectora qui solus, qui ferrum ignesque Iovemque

372 *Carm epigr 423, 5*: hunc titulum meritis servat tibi fama superstes.

363 futuri est ς *Hs vulgo olim* **365** corp. polles *edd Vincent et Gryph* **366** ante(i *ex* a *per ras*)t ***M*** **367** quanto est *ed Vincent* **368** tanto ς *Plan* **369** ill(i *ex* o *m 2*)s ***M*** **369/370** *om* ***F***, *i mg* (igor—illis *paene evanida*) *add* F^2 **370** Atouos ***μ***, At ouos ***M***, Ast o uos ***h*** ‖ proemia ***M*** **371** cura ***M μ*** *Mitscherlich*, curis ***F e h g s ω*** *vulgo*, cur(is *i r m 2*) ***N*** ‖ quibus ***A*** *R Merkel*, qu(a^{s} *i r m 2*) ***F***, quas (*cf IX 107*) ***e*** ς *VA*, quos ς *vulgo olim* **372** credite ***g*** ‖ uestris ***μ e***, ł nostris *sscr* e^2, nostris *i mg* μ^2 **373** libor (*corr m 2*) ***N*** ‖ faċta ***M*** **374** capi faciendo ***X*** *ω*, capi capiendo ***M μ***, capi (f *i r m 2*)a-(c *i r m 2*)iendo ***N*** ‖ feci (cepi *sscr n*) ***O μ*** ς ‖ faciendo p. feci ς **375** Per classes socias *cMenardi* ‖ troiae ς **376** noper (*corr m 2*) ***F*** **378/379** *del post Heinsium et* (*Emend X 189*) *Schraderum Bentley, versum 379 del Merkel*^{2}, *def utrumque* (*Rh Mus NF LVI 352*) *Helm* ‖ restare putatur *Hs* ‖ siquid adhuc Calchas hac praecipit arte petendum, si Troiae—putabit *Praemet cruc cr p 103 Withof* ‖ petendum (est *om*) *ccBersm et Rhenov Hs* **379** aliqui(d *i r m 2*) restare (puta *i r m 2*)tis ***N*** **381** fatele ***h*** **382** proc. (est *i r m 2*) ***N*** ‖ poss(e *ex* i *m 2*)t ***N***, possit ***μ*** *cDresd R* **383/823** *exstant in τ* **383** Re patuit ***O μ τ*** ς *Hs*, Tunc patuit ***F e g*** ς *ω*, Tum pat. ***h*** ς *Loers* **384** Hectora (aiax *virg del m 2*) qui solus ***N*** ‖ qui tociens ***g*** ‖ qui solus · ferrumque (*cf 91*) ignemque ***e*** ‖ qui ferrum ignemque ***h*** ς *R*

sustinuit totiens, unam non sustinet iram,
invictumque virum vicit dolor: arripit ensem
et ‘meus hic certe est! an et hunc sibi poscit Ulixes?
hoc’ ait ‘utendum est in me mihi, quique cruore
saepe Phrygum maduit, domini nunc caede madebit,
ne quisquam Aiacem possit superare nisi Aiax.’
Dixit et in pectus tum demum vulnera passum,
qua patuit ferro, letalem condidit ensem.
nec valuere manus infixum educere telum:
expulit ipse cruor, rubefactaque sanguine tellus
purpureum viridi genuit de caespite florem,
qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus;
littera communis mediis pueroque viroque
inscripta est foliis, haec nominis, illa querellae.
Victor ad Hypsipyles patriam clarique Thoantis *Hecuba.*
et veterum terras infames caede virorum
vela dat, ut referat Tirynthia tela, sagittas.
quae postquam ad Graios domino comitante revexit
inposita estque fero tandem manus ultima bello,
Troia simul Priamusque cadunt, Priameia coniunx

---

385 sustinet ***h*** ς ω *vulgo*, sustulit ***A***, ἤνεγκεν *Plan* **386** uincit ***F*** ς **387** est *om* ***F*** ‖ posc(e *ex* i *m 2*)t ***N***, poscet ς *Hs vulgo olim*, poscat ς ‖ ulixes *i r* e^2 **388** “cruore “quique ***h*** **390** Nec ***e***, N(e *a m 2*) ***F***, Nec ς **391** impectus ***M*** ‖ tum denique ς *R Hs vulgo olim*, tunc demum ***h*** *cDresd* **392** ferro ***F e h g*** ς ω *vulgo olim*, ferro/ (est *eras videtur*) ***N***, fer(rum *ex* ro) ***μ***, ferrum (*sed cf NJhbb 1894, 790*) ***M τ*** *cc Vratisl et Zwicc Merkel* ‖ patitur ferrum *praef p XXV Riese* ‖ fatalem ***g*** **393** uoluere *citat ad Lucan VII 621 Bentley* ‖ ed. ferrum ς *R*, ducere ferrum ς **394** ille cruor ***F*** ‖ tabefactaque *Burm* **395** *i mg τ* **396** ebalio ***F h*** ‖ de sanguine *vel* de corpore ς **398** h(e *ex* o *m 2*)c ***F*** **399** ad hysipyles ς *Plan VA vulgo*, ad hy/sipiles ***N***, ad(h)ipsiphiles ***τ*** ***F***, ad hysipides (hipsipiles *i mg m 2*) ***μ***, ad ysiphy(i)les ***h e*** *Ben*, ad Isiphiles *R*, ab hypsiles ***M*** ‖ patria ***M*** ‖ Transierat · (Transiit et *alii*) tandem uoto portuque potitus *post 399 i l* ***n*** ‖ *eundem versum in aliquot* ς *post 400 collocatum, ab Heinsio damnatum, frustra def Rh Mus LVI 350 Helm* **400** Adueteres ***M***, Ad ueterum ***μ*** ς, Ac veterum *in Mscr Diez 1075 Hs* ‖ terras infames *i r* ***n*** **401** **400** *cPar* ‖ victor—Thoantis Vela dat—sagittas, Et veterum—virorum Transierat, tandem portu votoque p. *inde Lemaire* **401** refferat ***M*** ‖ tyrinthia ***M***, thirinthia ***F*** **403** Imposita estque fero e^2 ς *R Jahn*, Impositaque fero est (*cf 410*) ***A VA***, Impositaque sero est ***τ***, Imposita est sero (*ut hic apodosis incipiat*) ς *Plan Hs vulgo*, Imposita et (*vel* ut) sero *in Mscr Diez 1075 coni Hs*, Imp. est saevo *HAKoch* **404/407** *del post Bentleium Bothe* **404** Priamus(que *om*) ***τ*** ‖ priameiaque ς

perdidit infelix hominis post omnia formam,
externasque novo latratu terruit auras,
longus in angustum qua clauditur Hellespontus.
Ilion ardebat neque adhuc consederat ignis
exiguumque senis Priami Iovis ara cruorem
conbiberat † tractaque comis antistita Phoebi
non profecturas tendebat ad aethera palmas:
Dardanidas matres patriorum signa deorum,
dum licet, amplexas succensaque templa tenentes
invidiosa trahunt victores praemia Grai;
mittitur Astyanax illis de turribus, unde
pugnantem pro se proavitaque regna tenentem
saepe videre patrem monstratum a matre solebat.
iamque viam suadet Boreas, flatuque secundo
carbasa mota sonant, iubet uti navita ventis;
'Troia, vale! rapimur' clamant, dant oscula terrae
Troades et patriae fumantia tecta relinquunt.
ultima conscendit classem (miserabile visu!)
in mediis Hecube natorum inventa sepulcris:
prensantem tumulos atque ossibus oscula dantem

---

406 Externasque uano ***h*** ‖ aures (*corr* ***F***^{2}) ***F*** ς, auras ***τ***, oras (*cf Lachm Lucr p 167*) *duo Heinsiani Riese* ‖ *χώρους ἀλλοτρίους Plan* ‖ terr. (urbes *i r m 2*, auras *fort eras*) ***N***, ł auras *sscr* (*m 3*) ***n*** ‖ externosque — agros *HAKoch* 407 qua ergo l'auditur helespontus ***τ*** ‖ angustum pontus qua clauditur elles ***N***, ang. qua pontus clauditur helles ς *cMenardi R* ‖ auras. Longus in — Hellespontus, Ilion ardebat *distinguebant ante Bothium* 408 *om* (*i l add m 1*) ***h*** ‖ ign(i *ex* e *m 2*)s ***F*** 409/411 *del Ehwald, 409/17 dell Merkel et Korn, sed cf Rh Mus NF LVI 358 Helm* ‖ *similiter argumentum eorum quae sequuntur exhibent III 139 sq XI 134 sq* 410 tractaque ***M τ*** ς *R quo probato versum interpolatum censet Hermes XXXVI 44*^{2} *Leo*, tract(isque *i r m 2*) ***N***, tracta/que (t *fort eras*) ***F***, tractisque ***μ h e g*** ς *VA*, tractata (*cf ad X 285*) ς *Hs vulgo*, *ἑλκομένη Plan*, raptata (*cf XII 223*) *post Heinsium Bentley*, tracta atque *Vollmer* ‖ antistita ς *R vulgo*, antistia ***A*** *VA* 411 profuturas ***M*** *R* 412 patrio(r *ex* n)um ***M*** 413 accensaque ***F*** 415 asty(i)anax ***F*** ς *Plan*, astianas ***O μ h*** ς, astyanac ***e*** 416 tenentem (*cf 190*) *scripsi cum* ***M μ*** ς, (tu *i r m 2*)entem ***N***, tuentem ***X*** *ω vulgo* 417 a *i r* ***F***^{2} 418 ui(am *ex* o *i r m 2*) ***N*** ‖ uiam spondet *cLeid Burm* ‖ boreas suadet ***F*** 419 iuuat ***M*** ‖ nabita (*corr m 2*) ***N*** 420 rapiḍamur ***M*** ‖ dantque ς *Hs vulgo olim* 422 concendit ***τ*** ‖ mirabile (*corr* ***m***) ***M μ***, miserabil(e *ex* is *i r m 2*) ***N*** 423 hecube (*cf quae dixi NJhbb 1894, 791 sq et Ilias Lat 551 1017*) ***F e g*** ς *VA Hs vulgo olim*, e(c *per ras ex* x)cube ***N***, eccube ***h***, ecule ***τ***, hae(e)cuba ***M*** *R Korn vulgo*, Hecabe *Plan Bothe*, Hecuba est *Merkel*^{2} ‖ mediis natorum (ecuba uel ecube es *i mg m 2*) ***μ*** 424 Presantem (*corr* ***n***) ***N h***, Pressantem (*fort recte, cf VIII 539*) ς, pulsantem ς

Dulichiae traxere manus, tamen unius hausit
inque sinu cineres secum tulit Hectoris haustos;
Hectoris in tumulo canum de vertice crinem,
inferias inopes, crinem lacrimasque reliquit.
Est, ubi Troia fuit, Phrygiae contraria tellus,
Bistoniis habitata viris: Polymestoris illic
regia dives erat, cui te commisit alendum
clam, Polydore, pater Phrygiisque removit ab armis,
consilium sapiens, sceleris nisi praemia magnas
adiecisset opes, animi inritamen avari.
ut cecidit fortuna Phrygum, capit inpius ensem
rex Thracum iuguloque sui demisit alumni
et, tamquam tolli cum corpore crimina possent,
exanimem scopulo subiectas misit in undas.
Litore Threicio classem religarat Atrides,
dum mare pacatum, dum ventus amicior esset:
hic subito, quantus, cum viveret, esse solebat,
exit humo late rupta similisque minanti
temporis illius vultum referebat Achilles,
quo ferus iniusto petiit Agamemnona ferro,
'inmemores' que 'mei disceditis' inquit 'Achivi,
obrutaque est mecum virtutis gratia nostrae?

---

439 *Paul Nol c XIII 35*: hoc bene subductam religavi litore classem.

---

425 rapuere ς ‖ traxere rates (manus *sscr m 2*) ***F*** **426** sinus ***τ F g*** ‖ haustus ***τ*** **427** *sq* canum de uert. raptum *probante Heinsio* ς *Bothe*, raptum de uert. cr. *cBersm* ‖ cano de v. raptum, inf. inopes, crinem, lacrimasque *Burm* **428** inopes, ruptum (*crinem sc*) lacr. *in Mscr Diez 1072 Hs* ‖ reli/qui//t (relinquunt *fuit*, quit *i mg m 2*) ***M***, relinquunt ***τ***, relinqit ***F***, relinquit ς *Plan Hs* **429** contermina ς **430** habıta (*corr m 3*)—illa ***h*** ‖ *Πολυμνήστορος Plan*, Polymnestoris *RA* **432** polidore caput ***M***, polydore //// (caput *videtur fuisse*) ***N*** ‖ pater *om* ***μ***, *s l add* ***μ***^{2} ‖ aruis ς *Bothe* **433** capiens ***h*** ‖ magni ς **435** cessit *Bach* **436** sui *i r* ***n*** ‖ dimisit ***M F τ*** ς, defigit ***e g*** ς, defixit ς *R* ‖ caput impius ense Rex Thr. iugulumque s. diuisit alumni *in Mscr Diez 1075 Hs* **438** *sq notandum est inde a v 438 ad finem totius carminis textum scriptum esse in* ***e*** *ab ea manu, quae priores partes correxit et fere omnes varias lect addidit* (***e***^{2}) **438** e scopulo ***e***^{2} ς *R*, exscopulo ***h*** ‖ subiectos (a *sscr*) ***M*** **439** Sigaeo (*sed postea del*) *Bentley* ‖ atr(i *ex* a)des ***M*** **440** 439 (*corr*) ***h*** **440** placatum ***g*** ‖ mitior ***h*** ς *R* **441** dum ***h*** **442** rapide rupta ***M***, la/te r. ***N*** ‖ similemque *Hs* ‖ minaci *ccLeid et Zulich Hs vulgo olim* **444** Qu(i *ex* o *i r m 2*) ***M*** ‖ iniustum (*cf Pr S G 1887, 19*) *poetam scripsisse puto* ‖ petit ***N*** ‖ agamennona ***M τ***, agamenona ***h*** **446** uirt. gloria ***e***^{2} ς ‖ (u *i r ex corr m 2*)r̃ae (*i e* uestrae *ex* nostrae) ***M***

ne facite! utque meum non sit sine honore sepulcrum
placet Achilleos mactata Polyxena manes!'
Dixit, et inmiti sociis parentibus umbrae
rapta sinu matris, quam iam prope sola fovebat,
fortis et infelix et plus quam femina virgo
ducitur ad tumulum diroque fit hostia busto.
quae memor ipsa sui postquam crudelibus aris
admota est sensitque sibi fera sacra parari,
utque Neoptolemum stantem ferrumque tenentem,
utque suo vidit figentem lumina vultu,
'utere iamdudum generoso sanguine!' dixit
'(nulla mora est), aut tu iugulo vel pectore telum
conde meo!' (iugulumque simul pectusque retexit)
'scilicet haud ulli servire Polyxena vellem!
haud per tale sacrum numen placabitis ullum!
mors tantum vellem matrem mea fallere posset!
mater obest minuitque necis mihi gaudia, quamvis
non mea mors illi, verum sua vita gemenda est.

---

447 utque mecum τ ‖ ne sit *Broukhusius* 448 polixena *M* ς 450 que (ł quam *sscr*) e^2 ‖ *cf carm epigr 397, 1* 451 fortiter infelix et plus quam *Faber*, fortis (at infelix) et plus qu. *Burm*, fortis et inf. heu! plus qu. *Bothe* ‖ *'sed loci sententia est: virgo fortis pariter atque infelix, et utrumque quidem plus quam femina' Jahn* 454 sentitque *h Mitscherlich* ‖ fera fata ς, fera iusta ς 455 Usque *Ben* ‖ neoptolomum *F g Ben* ‖ ferr. parantem ς 456 Utque suo *O F μ τ g* ς *VA*, Inque suo *h e* ς *vulgo* ‖ lumine uultus *M μ* 458 *parenth statuit Ehwald* ‖ aut tu (*cf Pr S G 1887, 10*) *A ω Jahn*, at tu ς *Hs vulgo olim*, vel tu *Riese*, quin tu *Merkel*², age tu (*sed cf eundem in App cr ed exeg p 407*) *Ehwald* ‖ aut tu iug. aut tu pect. *in Mscr Diez 1075 Hs* ‖ pect. ferrum e^2 ς 459 simul *om h* 460/461 *del NJhbb 1859, 640 Suchier, bene def Rh Mus NF LVI 361 sq Helm* ‖ *versum 461 post 465 transposuit in ed Edwardsii Postgate, post 468 in parenth ponere malim* 460*sq* haud (haut *n* ς, d *ex* t *h m* F^2) *X m n μ τ ω Plan Korn*, aut *O* ς *Hs vulgo olim* ‖ ṇulli e^2 ‖ polixena ł ferrem² *M* ς ‖ uellem *N*, ferrem *h* ς *R* ‖ scil. aut ulli s. P. ferrem aut per t. s. n. placabitur ullum (*ut sit sensus: 'non magis ego servitutem unquam patiar quam vos tali sacrificio ullum numen placabitis'*) *Baumg.-Crusius, eadem suaserat (cf Mscr Diez 1072) Hs* ‖ aut ulli s. P. vellem? aut per t. s. n. placabitis ullum? *distinx Merkel*² ‖ Pol. vellet (*ut verba* iugulumque — vellet *sint poetae interloquentis in parenth*) *Ehwald* 461 Hau(d *ex* t *m 2*) *F*, Haut ς, Aut *h* ς *Hs vulgo ante Kornium* ‖ At · per e^2 ‖ placabitur (*incertum unde*) *Hs vulgo olim* 462 Mors tandem *cBersm* ‖ matrem *om* (*add m 2*) *μ* ‖ mea matrem ς ‖ mors tamen haec vellem mea matrem *Burm* ‖ mors tantum posset vellem mea fallere matrem *Bothe* 463 monuitque *M*, m(i *i r m 2*)nuitque *N* 464 mea sors *cMedic R* ‖

vos modo, ne Stygios adeam non libera manes,
ite procul, si iusta peto, tactuque viriles
virgineo removete manus! acceptior illi,
quisquis is est, quem caede mea placare paratis,
liber erit sanguis. siquos tamen ultima nostri
verba movent oris (Priami vos filia regis,
nunc captiva rogat), genetrici corpus inemptum
reddite, neve auro redimat ius triste sepulcri,
sed lacrimis! tunc, cum poterat, redimebat et auro.'
Dixerat, at populus lacrimas, quas illa tenebat,
non tenet; ipse etiam flens invitusque sacerdos
praebita coniecto rupit praecordia ferro.
illa super terram defecto poplite labens
pertulit intrepidos ad fata novissima vultus.
tunc quoque cura fuit partes velare tegendas,
cum caderet, castique decus servare pudoris.
Troades excipiunt deploratosque recensent
Priamidas et quid dederit domus una cruoris,
teque gemunt, virgo, teque, o modo regia coniunx,
regia dicta parens, Asiae florentis imago,
nunc etiam praedae mala sors; quam victor Ulixes
esse suam nollet, nisi quod tamen Hectora partu

---

uerum — est *i r* ***N*** ‖ mea uita ***g*** ‖ gemenda est ***μ τ X g*** *ω vulgo olim*, lugenda est ***h***, cremanda (*corr m 3* ***n***) est ***O***, tremenda est *inde* ***m*** *Merkel*, *οἰμωγῆς ἄξιος Plan* 466 Ite procul ***O μ τ ς***, Este pr. ***X*** *ω vulgo* ‖ iusta precor ***ς*** ‖ tactu/que ***N*** 467 Uirgineo/ (s *eras*)—manu(s *add m 2*) ***N*** ‖ remoue ***μ*** 468 morte mea ***e***² ***p*** *ccBersm et Senat* ‖ est placare mea quem cede paratis *R* 470 Uota mou. ***ς*** *Hs vulgo olim* ‖ monent ***h*** 471 Nunc captiua ***M μ τ h e p ς*** *ω Plan Jahn* N̄(c *postea insertum, i e* Nunc *ex* Non, *fort a m 1*) ***F***, Non capt. ***N ς*** *Hs vulgo* ‖ *sed cf Eur Hec 349sq* ᾗ πατὴρ μὲν ἦν ἄναξ . . . νῦν δ' εἰμὶ δούλη *Ilias Lat 982* Priami nunc filius orat ‖ ineptum ***O τ*** 472 redimatis triste sepulchrum ***M*** ‖ ius *om* ***μ***, *add* ***μ***², *i r* ***n*** ‖ sepulchris ***N***, sepulcrum (uel cri *sscr m 2*) ***μ*** 473 tum cum ***h*** 474 et populus ***p ς*** ‖ ipsa ten. ***ς*** 476 coniectạ (o) ***e***² 477 terras ***h*** ‖ deflexo *vel* defesso ***ς*** ‖ po(p *ex* b *m 2*)lite ***F***, poblite ***g*** ‖ labens defecto poplite (*corr*) ***e***² 479 Tum quoque ***ς*** *R* ‖ u(e *i r*)lare tegendas ***N***, pudendas ***ς*** 481 recenset ***τ*** 482 *om R* ‖ Priamid(a *ex* e *m 2*)s ***F***, Priamides (a) ***τ*** ‖ quid—cruoris ***N h e*** *Plan* ***ς*** *Hs*, quod—cruoris ***ς*** *Merkel*, quot—cruores (*sed cf XIV 529 XV 423*) ***M μ*** *cBonon Ehwald*, quem—cruorem ***F τ g p ς*** 483 o *add* ***n*** 485/487 *spurios censet* (*praef p XXV*) *Riese* 486/508 *hic permulta legi non possunt in* ***τ***

ediderat: dominum matri vix repperit Hector!
quae corpus conplexa animae tam fortis inane,
quas totiens patriae dederat natisque viroque,
huic quoque dat lacrimas: lacrimas in volnere fundit
osculaque ore tegit consuetaque pectora plangit,
canitiemque suam concreto in sanguine verrens
plura quidem, sed et haec laniato pectore dixit:
'Nata, tuae (quid enim superest?) dolor ultime matris,
nata, iaces, videoque tuum, mea volnera, pectus,
et, ne perdiderim quemquam sine caede meorum,
tu quoque vulnus habes! at te, quia femina, rebar
a ferro tutam: cecidisti et femina ferro,
totque tuos idem fratres, te perdidit idem,
exitium Troiae nostrique orbator Achilles.
at postquam cecidit Paridis Phoebique sagittis,
nunc certe, dixi, non est metuendus Achilles!
nunc quoque mi metuendus erat: cinis ipse sepulti

---

503 *sq Sen Controv VIIII 5, 17*: Ovidius nescit quod bene cessit relinquere .. uno hoc contentus ero: cum Polyxene esset abducta, ut ad tumulum Achillis immolaretur, Hecuba dicit 'cinis ipse sepulti in genus hoc pugnat'. poterat hoc contentus esse; adiecit: 'tumulo quoque sensimus hostem'. nec hoc contentus est; adiecit: 'Aeacidae fecunda fui'.

---

487 Ediderat *A RV Plan Jahn, abscisum in* τ, Edideras *e coni Hs vulgo*, Ediderit ς, Edideris *in Mscr Dicz 1075 Hs* ‖ matri dominum *h* 488 corpos *M* ‖ iam fortis *h* 490 489 *h* 490 *omnia praeter* fundit *evanida in* τ ‖ lacrimas *alterum om* (*corr* μ *m n*) *O* μ τ ‖ lacrimasque in *g* ‖ uolnere (*unum vulnus est, cf 476 495 497, de* in *cf XIV 770 alia*) *N*, uulnere *n M F* μ e^2 *g* ς *R*, uulnera ς *vulgo*, funera *cBerol* ‖ in funere fudit *h* 491 legit ς *Hs vulgo olim*, petit *vel* dedit ς, terit *coni Hs*, serit *in Mscr Dicz 1075 idem* ‖ φιλήματα παρέχει τῷ στόματι *Plan* ‖ pector(a *ex* e *m 2*) *F* 492 uertens *vel* uersans ς ‖ coneretam sanguine vellens *Postgate* 493 et *om* (*add m 2*) *N* 494 quod enim *M* ‖ ultima *O* ς, ultim(e *ex* a *m 2*) *F* ‖ matri *ccAmbr Berol Patav Hs vulgo olim* ‖ Θύγατερ ὑστάτη τῆς σῆς μητρὸς (τίς γὰρ ὑπόλοιπός ἐστι πόνος;), Θύγατερ, κεῖσαι *i e* nata tuae (quis enim superest dolor?) ultima matris, nata, iaces *Plan* 495 uolnera *N*, uulnera *cett vulgo* ‖ tuum mea u. pectus (*pectus sc ferro ruptum, cf 476 et Hermes XXXIX 55*) e^2 *g* ς *Plan* ω, meum tua u. pectus *O F* μ *h p* ς, tuum mea uulnera uulnus τ ς *Hs vulgo*, meum tua u. uulnus ς, tuum mea funera funus *coni Hs* 496 En ne *cBernegg Hs vulgo olim* ‖ an ne—habes? *coni Hs* 497 a te quia *R* 498 fem. uirgo (ferro *sscr*) *F* 499 tres (*incertum*) perdidit τ 501 paridis cecidit *F ccBerol et Rhen Hs vulgo olim* 502 Tunc uerte *g* ‖ dixi/ *N* 503 Tunc quoque *Douza* ‖ Nunc—metuendus *i r n* ‖ cinis ille ς ‖ sepult(i *evanidum*) *M*, sepultus ς

in genus hoc saevit, tumulo quoque sensimus hostem:
Aeacidae fecunda fui! iacet Ilion ingens,
eventuque gravi finita est publica clades, —
sed finita tamen; soli mihi Pergama restant,
in cursuque meus dolor est: modo maxima rerum,
tot generis natisque potens nuribusque viroque,
nunc trahor exsul, inops, tumulis avolsa meorum,
Penelopae munus; quae me data pensa trahentem
matribus ostendens Ithacis „haec Hectoris illa est
clara parens, haec est“ dicet „Priameia coniunx!“
postque tot amissos tu nunc, quae sola levabas
maternos luctus, hostilia busta piasti!
inferias hosti peperi! quo ferrea resto?
quidve moror? quo me servas, annosa senectus?
quo, di crudeles, nisi uti nova funera cernam,
vivacem differtis anum? quis posse putaret
felicem Priamum post diruta Pergama dici?
felix morte sua est, nec te, mea nata, peremptam
adspicit et vitam pariter regnumque reliquit!
at, puto, funeribus donabere, regia virgo,
condeturque tuum monumentis corpus avitis.
non haec est fortuna domus: tibi munera matris
contingent fletus peregrinaeque haustus harenae!
omnia perdidimus: superest, cur vivere tempus

---

504 hoc pugnat *Seneca* 505 Aeacidae *μ e²* ς *RV vulgo,* Aeacide *A,* Eacide/ *N,* Aeaciden *M F τ,* Eacide *h* ‖ fui/ *N,* fuit (*corr μ*) *M μ* 506*sq* est *om h* ‖ Si finita tamen ς *Hs,* Sit finita t. *p,* Nec finita t. ς *ConstFanensis,* clades: Sed finita t. s. m. P. restant (*ut* Pergama finita *coniungantur*) *distinx V* ‖ uni mihi (*cf her 1, 51*) ς ‖ clades, sed finita aliis, soli mihi *Schepperus* 508 dolor meus *g* ‖ maxime *h* 509 natisque *M μ h e* ς *ω,* gnatisque *F τ g,* /natisque *N* 510 thraor *h* ‖ tumul(is *i r m 2*) *N* ‖ auolsa *N,* auulsa *cett vulgo* ‖ deorum *O τ* 511 Penelope *M F,* Penelopes *N* ς *R* 513 cara *g* ‖ primeia *M* 514 amisos (*corr m 2*) *M* 516 quid ferrea ς ‖ ferre(a *ex* o *m 2*) *F* 517 m(o *i r m 2*)ror *N* ‖ damnosa ς *A Hs vulgo olim* 518 Quid *e²* ς *Hs,* Quid *e corr* (Quo *m 1, ut videtur*) *n* ‖ dii *M e²* ς *R* ‖ celestes *R* ‖ nisi uti noua (*cf NJhbb 1894, 794 et ex P III 3, 27*) *h e²* ς, nisi ut noua *F τ* ς, nisi /ut(i *i r m 2,* t *ex corr*) /noua *N,* nisi quo noua *M μ* ς *ω Hs vulgo* 519 an(ū *i r m 2*)/// *M* ‖ difertis—posset (*corr*) *μ* 521 est *om cRhenov, del Hs* 523 Ha puto *e²* ‖ muneribus *Bentley* ‖ donabere (*cf her 11, 99 Sen clem II 6, 2*) *O μ* ς, dotabere (*ex Aen VII 318*) *τ X g ω vulgo, τιμηθήσῃ Plan* 524 monumentis *A ω vulgo,* monimentis *A* 525 est hęc *N* ς 526 Contingunt *g,* Contigerint *ccBas et Berol Bothe* 527 c(u *i r m 2*)r *M*

in breve sustineam, proles gratissima matri,
nunc solus, quondam minimus de stirpe virili,
has datus Ismario regi Polydorus in oras.
quid moror interea crudelia vulnera lymphis
abluere et sparsos inmiti sanguine vultus?'
Dixit et ad litus passu processit anili,
albentes lacerata comas. 'date, Troades, urnam!'
dixerat infelix, liquidas hauriret ut undas:
adspicit eiectum Polydori in litore corpus
factaque Threiciis ingentia vulnera telis!
Troades exclamant: obmutuit illa dolore,
et pariter vocem lacrimasque introrsus obortas
devorat ipse dolor, duroque simillima saxo
torpet et adversa figit modo lumina terra,
interdum torvos sustollit ad aethera vultus,
nunc positi spectat vultum, nunc vulnera nati,
vulnera praecipue, seque armat et instruit iram..
Qua simul exarsit, tamquam regina maneret,
ulcisci statuit poenaeque in imagine tota est,
utque furit catulo lactente orbata leaena
signaque nacta pedum sequitur, quem non videt, hostem,
sic Hecube, postquam cum luctu miscuit iram,
non oblita animorum, annorum oblita suorum,
vadit ad artificem dirae, Polymestora, caedis
conloquiumque petit: nam se monstrare relictum
velle latens illi, quod nato redderet, aurum.

---

530 poliọdorus *M*, poli/dorus *μ* 532 Abluere /////// (interea *eras*) et sp. immiti sang. ultus *M* ‖ inmitti *τ*, stillanti *cMenardi* 533 procedit *ς Plan Gierig* 534 laniata *ς Hs vulgo olim* 535 Dixit et inf. *N*. 536 polydorę *e*² 537 threius *τ* 538 obm. pro dolore *h* 539 uocem (*cf NJhbb 1894, 794*) *τ N X VA Hs*, uoces *M μ R Merkel* ‖ abortas *M μ h* 540 Deuocat (*corr m 2*) *N* 541 aduersæ—terræ (æ *bis ex* a *m*) *M ς* 542 Int. tollit toruos ad sydera u. *N ς* ‖ extollit *F τ e*² *g ς*, attollit *ς* ‖ ad eth(æ *ex* a)ra *M*, adhethera *h* 544 Uulnere *M* ‖ armat et *s l add F* ‖ iram *M h ccBerol et Vatic Ehwald*, ira/ (m *eras*) *N*, ira *X μ τ e ς ω vulgo* 546 in *om* (*add n*) *N h* 547 lactente *M μ h e g ς ω*, lact(e *ex* a *m 2*)nte *N*, lactante *F τ ccDresd et Zwicc* ‖ leæn(a *ex corr*, æ *fort fuit*) 548 na/cta (pedum *i r m 2*) *N*, nacta locum *M* 549/550 *del Merkel*² 549 hecube (*cf ad 423*) *N e*² *g ς ω Hs vulgo olim*, ecube *μ*, eccube *h*, Hecabe *Plan Bothe*, ecuba *M*, hecuba *F τ Merkel*² *vulgo* ‖ postquam luctu permiscuit *cMedic Bothe* 551 polỳmora (*corr*) *F*, polymnestora *ς RA* 552 Colloquium(que *om*) *M* 553 quod nat(o *ex* ū *i r m 2*) *F*, quo natum *τ*

Credidit Odrysius praedaeque adsuetus amore
in secreta venit. tum blando callidus ore
'tolle moras, Hecube', dixit, 'da munera nato!
omne fore illius, quod das, quod et ante dedisti,
per superos iuro.' spectat truculenta loquentem
falsaque iurantem tumidaque exaestuat ira
atque ita correpto captivarum agmina matrum
invocat et digitos in perfida lumina condit
expellitque genis oculos (facit ira nocentem)
inmergitque manus foedataque sanguine sonti
non lumen (neque enim superest), loca luminis haurit.
Clade sui Thracum gens inritata tyranni
Troada telorum lapidumque incessere iactu
coepit, at haec missum rauco cum murmure saxum
morsibus insequitur rictuque in verba parato
latravit, conata loqui: locus exstat et ex re
nomen habet, veterumque diu memor illa malorum
tum quoque Sithonios ululavit maesta per agros.

---

554 otrisius *h*, othrisius e^2 ‖ adsuetus amori (*probat ZÖG 1894, 883 Zingerle*) *vel* allectus amore *Hs*, adductus amore *Polle*, accensus amore *conieci* 555 cum blando *Hs vulgo olim* 556 Tollas $\overset{e}{\tau}$ ‖ Tolle metus ς ‖ hecube (*cf ad 423*) e^2 μ ς ω *Hs vulgo olim*, hęc $\overset{a^2}{}$ube *N*, eccube *h*, hecub$\overset{c^2}{}$(a *ex corr m 2*) *F*, hecuba *M* ς *Korn vulgo*, he (*cetera abscisa*) τ, Hecabe *Plan Bothe* ‖ Hecuba et, dixit *Merkel*^{2} 557 ante tulisti e^2 559 tumida(que *om*) *h* ‖ exe(s *ex* x *m 2*)tuat *F* 560*sq* At ita *M* ‖ ita *om* (*add m 3*) *h* ‖ correpto capt. agmina m. Inuocat *A RA Merkel*, *συναρπάσασα τοίνυν τοῦτον τὸ τῶν αἰχμαλωτίδων μητέρων σύστημα συγκαλεῖται Plan* ‖ corrept(o *ex* ū *m 2*) *F*, correptum τ ς ‖ agmine (*corr* g^2) *g* ς *V* ‖ Inuolat ς ‖ correptum c. agmine matrum *inde Hs vulgo olim*, correpto (*ut dativus pendeat ab* involat) c. agmine m. Involat *Lindemann* 561 lum. uertit *p* 562 Expellitque genis oculos *M* μ ς *R Korn*, Expilatque genis oculos τ *N X g VA Jahn*, Exspoliatque genis oculos ς *HAKoch*, Exspoliatque genas oculis *Excerpta Jureti Hs vulgo olim*, *καὶ τούτους ἐκ τῆς οἰκείας ἕδρας ἐκκόπτει Plan* ‖ nocentem *O F* τ e^2 *g* ς *R*, ualentem μ ς *Hs*, potentem *h* ς *Korn* 563 manus foedataque τ *F* e^2 ς *VA vulgo* ‖ manus oculis fedataque μ, manus (oculos *i r m 2*) fedataque *N*, manus oculis phoedataque *M* ‖ sonti *F* τ e^2 ς *VA vulgo*, $\overset{\text{sanguine}}{}$sonti *N*, sontis *M h g* ς *R*, $\overset{\text{sanguine}}{}$sontis μ 564 super (loca est *i r m 2*) *N* ‖ hauri//t (hauruit *fuit*) *M* 565 irrita *h* 566 lapidum(que *om*) *h* ‖ ince(ss *ex* d *m 2*)ere *F*, lacessere ς 567 a(t *ex* d *m 2*) *N* ‖ missu(m *a m 2*) *N* ‖ murmure cum rauco *h* τ ‖ iactu$\overset{\text{ł saxum}}{}$' *N*, iactum *M* 568 ad uerba *h* e^2 *g* ς, (ad *i r m 2*) uerba *N* 569 canis exstat *ccMed et Moreti* 571 sithonos τ

illius Troasque suos hostesque Pelasgos,
illius fortuna deos quoque moverat omnes,
sic omnes, ut et ipsa Iovis coniunxque sororque
eventus Hecubam meruisse negaverit illos.
Memnon. Non vacat Aurorae, quamquam isdem faverat armis,
cladibus et casu Troiaeque Hecubaeque moveri.
cura deam propior luctusque domesticus angit
Memnonis amissi, Phrygiis quem lutea campis
vidit Achillea pereuntem cuspide mater:
vidit, et ille rubor, quo matutina rubescunt
tempora, palluerat, latuitque in nubibus aether.
at non inpositos supremis ignibus artus
sustinuit spectare parens, sed crine soluto,
sicut erat, magni genibus procumbere non est
dedignata Iovis lacrimisque has addere voces:
'Omnibus inferior, quas sustinet aureus aether
(nam mihi sunt totum rarissima templa per orbem),
diva tamen veni, non ut delubra diesque
des mihi sacrificos caliturasque ignibus aras:
si tamen adspicias, quantum tibi femina praestem,
tum cum luce nova noctis confinia servo,
praemia danda putes; sed non ea cura neque hic est

---

572 *i l* ***N*** ‖ suos hostesque (suos *hic iteratum, virg del*) ***M*** ‖ peragros ***M*** *cRhenov* 574 Et homines ***M***, Sic omnes *i r* ***n*** ‖ uti et ***M F*** ‖ ips(a *ex* e *m 2*) ***F***, ipse ***τ*** 575 (h *add m 2*)ecubam ***M***, eccubam ***h*** ‖ meruere (*corr*) ***μ*** negauerat (*corr* g^2) ***N F g*** 576 hisdem ***F***, iste ***τ*** ‖ fauerit ***μ*** *ccAmbr et Barberin* ‖ a(rm *ex* nn)is ***M*** 577 ob casum ***g***, et casum ***M*** ‖ t(r *ex* h)oiẹque ***M***, troiẹque troiẹque (*alterum virg del*) ***F*** ‖ eccubẹ(que *om*) ***h***, *τῆς Ἑκάβης Plan*, Hecabesque *Bothe* ‖ mouere ***M*** 578 proprior ***M*** ‖ domestica ***h*** 579 Mennonis ***h*** e^2 ***g***, Mem/nonis ***F*** ‖ amisi ***F***, admissi ***h*** ‖ Phr. (quem *add m 2*) lintea (*corr*) ***μ*** 581 ille rubor (*cf Hermes XXXIX 56*) *scripsi cum* ***M*** *ccBerol et duobus Heinsianis R*, ille color ***N X VA*** *vulgo*, ille decor *Hs* 582 latuit(que *om*) ***F*** ‖ latuit sub *Excerpta Langermanni* 584 Spectare sustinuit (*corr*) ***e*** 586 lacrimasque ***τ*** ‖ edere ***ς*** 587 quae sust. ***M*** *ccGoth et Vratisl R* ‖ arduus ***ς*** 588 mihi *om* ***h*** 589 *sq* venio (*cf 595 Aen VIII 382 Ilias Lat 88*) ***ς*** *Hs vulgo olim* ‖ ut non ***M μ*** ‖ deisque ***M***, bouesque e^2 ***ς***, popasque *Hs*, focosque *Baumg-Crusius* ‖ dapesque—sacrificas *Burm* ‖ sacrificis (*corr* ***N***) ***O*** ‖ calig(antes *i r m 2*)que ***M***, cal(it *e corr m 2*)urasque ***F*** ‖ ignibus atras ***h***, ign. arcas (*corr*) ***g*** 591 praevia praestem *in Mscr Diez 1075 Hs* 592 Tunc cum ***h*** ‖ conubia ***N*** 593 putes si neta cura (*sic*) ***τ*** ‖ ea causa *cMedic* ‖ nec hic ***h***

nunc status Aurorae, meritos ut poscat honores:
Memnonis orba mei venio, qui fortia frustra
pro patruo tulit arma suo primisque sub annis
occidit a forti, sic vos voluistis, Achille.
da, precor, huic aliquem, solacia mortis, honorem,
summe deum rector, maternaque vulnera leni!'
Iuppiter adnuerat, cum Memnonis arduus alto
corruit igne rogus nigrique volumine fumi
infecere diem (veluti cum flumina natas
exhalant nebulas nec sol admittitur infra),
atra favilla volat glomerataque corpus in unum
densetur faciemque capit sumitque calorem
atque animam ex igni (levitas sua praebuit alas)
et primo similis volucri, mox vera volucris
insonuit pennis, pariter sonuere sorores
innumerae, quibus est eadem natalis origo,
terque rogum lustrant, et consonus exit in auras
ter plangor, quarto seducunt castra volatu.
tum duo diversa populi de parte feroces
bella gerunt rostrisque et aduncis unguibus iras
exercent alasque adversaque pectora iactant,

---

594 Non status *τ* **595** Mennonis *e*² *h g* ‖ mea$^{i^2}$ *τ* **596** sub armis *ς* **597** a magno *cMoreti* ‖ sic di (*cf I 2*) *τ F ς Jahn*, sic dii *h e*² *g ς* **598** Da procul *M*, Da procul (precor$^{ł\ precor^2}$ *i mg*) *μ* **599** mat. pectora *ς* **600** mennonis *h* ‖ annuerat. cum Memn. *distinx Jahn* **601** uolumine *scripsi* (*cf I 571*) *cum O F μ τ ς R*, uolumina *F*² *n h e*² *ς VA vulgo* **602** *om O, i l n* **602***sq* flum. nigras *cBas*, flumina latas *Burm*, flumina lentas *Postgate* ‖ flumine natae exhalant nebulae *Bothe*, flumine Nais exhalat nebulas *Housman* ‖ Exhalant *e*² *ς ω vulgo*, Exalant *N F h*, Exalat *M* ‖ sol/(æ *eras*) amittitur *M* **605** Densetur *M μ ς Merkel*, Dens(a *i r m 2*)tur *N*, Densa/ịt^{r} (a *ex corr m 2*, Densentur *fort fuit*) *F*, Densatur *τ h e*² *g ς ω vulgo olim* ‖ calorem *ς ω Hs vulgo*, colorem *A* **606** animam *ς Hs vulgo*, animum *A ω* ‖ ign(e *ex* i *m 2*) *N*, igne *h* ‖ suas praeb. (alas *om*) *τ* **607** primo/ (s *eras*) *M* ‖ mox uera *μ τ X ω vulgo*, mox prima *O τ cRhenov* **608** p(e *ex* i *m 2*)nnis *N* ‖ son. per auras *g* **609** Innumer(e *ex corr m 2*) *N*, In numerum *cBersm* **610** (T *i r m 2*)erque *N* ‖ locum *p* ‖ et cum sonus *e*² *ς*, et ter sonus *ς* ‖ lustr. ter consonus *mg edd Colon et Gryph* **611** Tunc pl. *τ* ‖ plangor *A ω Ehwald*, plangunt *e*², clangor *ς Hs vulgo* ‖ secedunt *h* ‖ s(ucced *i r m 2*)unt (c *a m 2*)astra *N*, succedunt castra (*vel* astra) *ς*, secernunt castra *ς* **612** Tunc duo *VA* **613** rostris//(que *eras*) *μ*, et rostris et *p ς* **614** alasque *i l F* ‖ aduersa(que *om*) *h* ‖ aduersaque tempora *M* ‖ pectora *i r μ* ‖ iactant *recepi* (*cf*

inferiaeque cadunt cineri cognata sepulto
corpora seque viro forti meminere creatas.
praepetibus subitis nomen facit auctor: ab illo
Memnonides dictae, cum sol duodena peregit
signa, parentali moriturae voce rebellant.
ergo aliis latrasse Dymantida flebile visum est:
luctibus est Aurora suis intenta piasque
nunc quoque dat lacrimas et toto rorat in orbe.

Aeneas apud Anium. Scylla.

Non tamen eversam Troiae cum moenibus esse
spem quoque fata sinunt: sacra et, sacra altera, patrem
fert umeris, venerabile onus, Cythereius heros.
de tantis opibus praedam pius eligit illam
Ascaniumque suum profugaque per aequora classe
fertur ab Antandro sceleratagque limina Thracum
et Polydoreo manantem sanguine terram
linquit et utilibus ventis aestuque secundo
intrat Apollineam sociis comitantibus urbem.

Hunc Anius, quo rege homines, antistite Phoebus
rite colebatur, temploque domoque recepit
urbemque ostendit delubraque nota duasque
Latona quondam stirpes pariente retentas.

Hermes XXXIX 56) ex ***M*** *(i mg* μ^2*)* ς, la(ss *i r m 2)*ant ***N***, laxant *vel* pulsant ς, lassant μ τ ***X*** ω *vulgo* **615** cineri² generi cogn. sepulto² sepulcri ***M*** ‖ sepul(to *i r m 2)* ***N***, sepulchro ς **617** Pre(p *ex* b *partim i r)*etibus ***M***, Praepet(ibus *i r m 2)* ***N*** ‖ nomen dedit *ccArgent et Zwicc* ‖ facit auctor nomen ***F h*** **618** Memnodies τ, Mennonides ***h***, Memonides ***F*** **619** moriturae voce] *sic* ***F*** τ *(i r* μ*) ccMedic Pal Rhenov Ehwald* ‖ periturae *ex tribus suis Hs vulgo olim* ‖ parenti alii moritura uoce reb. (parentali morituro more *sscr m 2)* ***M***, paren(tali *i r m 2)* moritur(e *ex corr m 2)* uoce reb. ***N*** ‖ more reb. ***F*** ^{2} τ^2 ***m h e g p*** ς ω *vulgo*, morte reb. ς, luce reb. (*cf Schol in cBenedictob* parentalis dies dicitur a parento *et fast II 548 am I 13, 3) Merkel*^{2} ‖ parentali perit. Marte reb. *Hs* **620** aurora² dimantida flebiliter² flebile ***M*** ‖ *Δαμαντίδα Plan* ‖ uisum est ***M F*** e^2 ***g*** *VA*, est *om* ***N h*** μ τ ς *R vulgo* **621** est *s l* ***M*** **622** et toto rorat ab ore *Schepperus* **623** Nec tamen ***N*** e^2 ς **624** Spem *i r n* ‖ facta ***M*** ‖ altera patrem *i r n*, altera templa ***M*** **625** cytheriais ***M***, cy(i)thareius ***N h***, cytherhus τ **626** *κἀκ τῶν τοσούτων χρημάτων Plan*, De tantisque op. *ed Bas* ‖ el. unam ς, *ἓν ἐκλέγεται Plan* **628** a(d *ex* b *m 2)* antandr(ū *ex* o *m 2)* ***M***, / ab antrando ***N*** ‖ littora t(h)racum ***F p*** ς **629** *i r* ***F*** ‖ ac Pol. *Bothe* ‖ polydore tuo *cBas* **632** (H *i r m 2,* N *fuit)*unc ***M*** ‖ hanius (*semper*) ***g*** ‖ rege fides *Merkel*^{2} ‖ quo antistite ς *Baumg-Crusius* ‖ antistide ***F*** **633** colebantur *Hs vulgo olim* **634** Urbem(que *om)* ***h*** ‖ ostendit ***X*** *VA vulgo*, ostendens ***M*** μ τ *R*, ostend(it *i r m 2)* ***N*** ‖ uota ς *Hs vulgo olim* **635** quondam *i l* ***F***

ture dato flammis vinoque in tura profuso
caesarumque boum fibris de more crematis
regia tecta petunt positisque tapetibus altis
munera cum liquido capiunt Cerealia Baccho.
tum pius Anchises: ‘o Phoebi lecte sacerdos,
fallor, an et natum, cum primum haec moenia vidi,
bisque duas natas, quantum reminiscor, habebas?’
huic Anius niveis circumdata tempora vittis
concutiens et tristis ait: ‘non falleris, heros
maxime: vidisti natorum quinque parentem,
quem nunc (tanta homines rerum inconstantia versat!)
paene vides orbum. quod enim mihi filius absens
auxilium, quem dicta suo de nomine tellus
Andros habet, pro patre locumque et regna tenentem?
Delius augurium dedit huic, dedit altera Liber
femineae stirpi voto maiora fideque
munera: nam tactu natarum cuncta mearum
in segetem laticemque meri canaeque Minervae
transformabantur, divesque erat usus in illis.
hoc ubi cognovit Troiae populator Atrides,
(ne non ex aliqua vestram sensisse procellam

---

636 thure(a *sscr* h^2) refuso $F\ h\ g\ \varsigma$ 637 casarumque M, c(a)esorumque $h\ \varsigma$ ‖ (crema *i r m 2*)tis F, litatis ς, secatis *in Mscr Diez 1075 Hs* 638 positique ς *Hs vulgo olim* 639 ceralia (*corr m 2*) N 640 Tum X *vulgo*, Tunc $M\ \mu\ \tau\ \varsigma\ \omega$ ‖ prius ς 643 niueis *add* μ^2 ‖ uitis M ‖ temp. canis *cPal*, temp. mitris *Burm* 645 natorum uidisti ς *Hs vulgo olim* ‖ uidistis g 646/647 $i\ r\ \mu$ 646 Qu(e *ex* a *m 2*)m N ‖ Quem ta(m̄ unc *i r m 2*) ///// (tamen *eras videtur*) homines M ‖ hominem $e^2\ \varsigma$ ‖ uersa est h, uexat *vel* seruat ς 647 *sq* quid enim $\varsigma\ R$ ‖ enim (est *add m 2*) mihi N, enim est mihi $F\ h\ e^2\ \varsigma$ ‖ quid e. m. f. a. Auxilii *ccOxon et Rhenov Hs vulgo olim* 648 Auxilium est p 649 *sq* habet quod patre (p patris *sscr m 2*) locum quod regna teneret M, pro parte locumque (et *s l m 2*) regna tenent(ē *ex* i *m 2*) N ‖ locus quo regna τ, locumque // regno F ‖ tenentem (vel teneret^2) μ, tenenti ς ‖ locos et regna tenentem *vel* loci iam r. (*vel* sceptra) tenentem *Hs* ‖ habet pro patre, locumque et *distinx Jahn* ‖ habet: pro patre locumque et r. tenenti Delius aug. dedit huic *coni idem* ‖ pro fratre (*meo sc, coll 661 664*) *Vollmer* 650 alt. libris R 651 fem. sorti ς *Hs vulgo olim* 653 In segetes ς ‖ laticemque $O\ \mu]\ \varsigma\ \omega$ *Hs*, laticesque $F\ h\ e^2\ \tau\ g\ \varsigma$ *Jahn* ‖ laticemque merum *ccMoreti et Patav* ‖ canaeque *Korn*, caneque M, bac(c)amque $N\ X\ \omega$ *vulgo* ‖ laticemque me/ri// (meorum *fort fuit*) caneque minerue (i. holei^2 baca *i mg m 2*) M 655 pop. achilles g 656 Ne nos ex aliqua urm (*i e* vestrum) uenisse proc. (pro ut^2) M

nos quoque parte putes!) armorum viribus usus
abstrahit invitas gremio genitoris alantque
imperat Argolicam caelesti munere classem.
effugiunt, quo quaeque potest: Euboea duabus,
et totidem natis Andros fraterna petita est.
miles adest et, ni dedantur, bella minatur.
victa metu pietas: consortia corpora poenae
dedidit (et timido possis ignoscere fratri:
non hic Aeneas, non, qui defenderet Andron,
Hector erat, per quem decimum durastis in annum),
iamque parabantur captivis vincla lacertis:
illae tollentes etiamnunc libera caelo
bracchia „Bacche pater, fer opem!“ dixere tulitque
muneris auctor opem, — si miro perdere more
ferre vocatur opem, nec qua ratione figuram
perdiderint, potui scire aut nunc dicere possum;
summa mali nota est: pennas sumpsere tuaeque
coniugis in volucres, niveas abiere columbas'.
Talibus atque aliis postquam convivia dictis

660 *sq Priscianus VII 11,*: 'his natābus', 'filiābus', 'deābus', 'equābus', mulābus', 'libertābus', 'asinabus' . . Ovidius posuit in XIII metamorphoseon: 'Euboea duabus [diabus *G*, deabus *RL, sic Priscianum aut legisse aut legisse sibi visum esse apparet*] Et totidem natis [latis *libri*] Andros fraterna petita est' [*sic K*, potita est *cett*].

657 usos *M* 658 Abstrait *M μ* ‖ genitoris ut alant *h* 659 Arcolicam *μ* ‖ diuino munere ς ‖ mun. gentem (terram *alii*) *h* e^2 ς 660 duobus ς, deabus *Priscianus, ut videtur* ‖ euolia *M*, eu(b *ex* o *m 2*, o *i r eadem*)a *N*, euobia (euboea *i mg*) *μ* 661 natabusque Andros totidem frat. petita est *Hs* ‖ potita est *Prisciani codd* 662 dedantur *O μ e* ς *ω vulgo*, reddantur *F τ h m g* ς *Jahn*, minantur *h g* 663*sq* pietas: consortia c. poenae dedidit (*frater sc, cf am III 10, 29 et quae dixi Hermes XXXIX 35sq*) *distinxi et parenth posui*, pietas dedidit *coniungunt vulgo* ‖ Atque meae pietas corsortia (*sic*) *M* ‖ Ui(cta *i r m 2*) me(tu *i r m 2*) *N* ‖ corpora *A ω Korn*, pectora e^2 *n* ς *Hs vulgo olim* 664 Dedidit et *M μ* e^2 ς *Jahn*, Dedit et tim. (*corr m 2*) *N*, Dedit et ut dimido *τ*, Dedit · et uttimido *F* ς, Dedidit ut tim. ς, Redidit et tim. *h*, Reddidit et tim. ς *VA Loers*, Tradidit et tim. *g* ς ‖ Dedit: et ut tim. p. ign. fratri, Non hic *distinx Hs vulgo olim* ‖ posses *h* ς *VA Jahn* 666 Hectora *τ* ‖ per quos *h* e^2 ς *vulgo olim*, per qu(os *ex* e *m 2*) *F* ‖ dec. per quos ς 667 parantur *h* 668*sq* etiam nunc *M F τ h* e^2 *g* ς (*i r n*) *RV Korn*, etiamnum *μ* ς *Hs vulgo* ‖ sidera caelo *τ* ‖ brachia celo Libera *h* 670 miro perdere miro *M* 671 uocatis *p* 672 nunc *om τ* ‖ discere ς ‖ possim *Hs vulgo olim* 673 n(o *ex corr m 2*)ta *F* 674 in uolucrem ς *Hs vulgo olim*

inplerunt, mensa somnum petiere remota
cumque die surgunt adeuntque oracula Phoebi:
qui petere antiquam matrem cognataque iussit
litora; prosequitur rex et dat munus ituris,
Anchisae sceptrum, chlamydem pharetramque nepoti,
cratera Aeneae, quem quondam transtulit illi
hospes ab Aoniis Therses Ismenius oris:
miserat hunc illi Therses, fabricaverat Alcon
Hyleus et longo caelaverat argumento.
urbs erat, et septem posses ostendere portas:
hae pro nomine erant et, quae foret illa, docebant.
ante urbem exequiae tumulique ignesque rogique
effusaeque comas et apertae pectora matres
significant luctum: nymphae quoque flere videntur
siccatosque queri fontes, sine frondibus arbor

---

681 *sq* (*Lactantii*) *Argum XIII fab V*: in quibus crater fuit Aeneae datus ab Alcone Lindio caelatus, *de lectione cf Append.*

---

677 adeunt(que *om*) ***h e*²** ***g*** ς **678** *sq* antiquam matrem (*cf Aen III 96*) ***μ e*²** ς *Plan ω vulgo*, antiquam terram *cSenat R* ‖ matrem *om* ***τ O X*** ‖ ant. matrem cognataque iussit ***μ e*²** ς *Plan ω vulgo*, ant. matrem cogn. suasit ***p*** *cMed*, antiquam (antiqua ***M***, antiquā ***F***, *sed virg erasa*) cognataque (cognaque ***τ***) m(o)enia iussit ***τ O X*** (*i mg* ***μ***) ‖ Lit(t)ora ***M μ τ e*²** ς *Plan ω vulgo*, Litor(a *i r m 2*) ***N***, Littor(e *ex* a *m 2*) ***F***, Littore ***h***, *an* moenia? *cf Aen III 100* **679** Progreditur ς **680** clamidem ***M h***, clamidē ***F***, cladem ***τ*** **681** Cratera—quem ***N τ*** ς *Hs*, Crateram — quam ***μ*** ς *Merkel*, Crateram — qu(ǣ *ex* ā *m 2*, *i e* quem) ***M***, Craterā — quem ***F***, Craterem — quem ***h e*²** ς ***ω*** ‖ craterram *coni Hs* ‖ transtulit ***M μ R Merkel*²**, (mis *i r m 2*)erat ***N***, miserat ***X VA vulgo*** ‖ ill(i *ex* e *m 2*) ***N*** **682/683** aoniis ***h e*²** ς *Plan R vulgo*, ioniis ***M F μ τ*** ς, iouiis$^{n^2}$ ***N***, h(a)emoniis ς *V*, aemoniis ς *A*, hispanis ς ‖ hismenius horis Miserat hunc illi therses *i l n*, *om* ***N*** ‖ yzmeneus ***M***, ystmenius ***e***², hismeneus ***μ***, Minyeius *Hs* ‖ heros$^{oris^2}$ ***F*** ‖ hunc ***N F τ h e*² *g*** ς, hanc(u *sscr m*) ***M μ*** ς *R Merkel* ‖ therse ***M*** ‖ sacrificauerat ***τ*** **684** Hyleus (ł Ni *sscr* ***e***²) ***e***² *Merkel*, Nileus ***A RV***, Mileus ***g*** *Plan*, Myleus ς *A Hs vulgo olim*, Nileos (*i e ὁ Νιλῆος*) *coni Hs* ‖ *de Alcone cf Opp ph I 658 Bergk, Ind l aest Götting 1884, 3 Wilamowitz* **685** poss(a *ex* e, a *i mg iterat m 2*)s ost. passas ***M*** **686** Hae pro$^{cum^2}$ ***M*** ‖ ferat illa ***O*** ‖ docebat (n *sscr* ***n***) ***O***, dicebant ***h*** ‖ et quae fortuna docebat *i mg* ***μ*** **687** ignesque gyroque ***M***, piroq' *i mg* ***m*** ‖ urnaeque rogique *Hs*, ignesque pyraeque *Merkel*² **688** et fusaeque *ad Tib I 6, 40 Bach* ‖ comis ***F τ*** **689** luctus ς ‖ nymphe/ ***F***, nymphes ***τ*** **690** (f *i r ex corr m 2*, montes *fort fuit*)ontes ***F*** ‖ arbor ***O μ e*²** ***ω***, arbos ***F τ h g*** ς *vulgo olim*

nuda riget, rodunt arentia saxa capellae.
ecce facit mediis natas Orione Thebis,
agmen femineum, iugulo dare pectus aperto,
illas demisso per inertia vulnera telo
pro populo cecidisse suo pulchrisque per urbem
funeribus ferri celebrique in parte cremari,
tum de virginea geminos exire favilla,
ne genus intereat, iuvenes, quos fama Coronos
nominat, et cineri materno ducere pompam.
hactenus antiquo signis fulgentibus aere,
summus inaurato crater erat asper acantho.
nec leviora datis Troiani dona remittunt,
dantque sacerdoti custodem turis acerram,
dant pateram claramque auro gemmisque coronam.
Inde recordati Teucros a sanguine Teucri
ducere principium, Cretam tenuere locique

---

ferre simul nomenque suum curasque iubebit,
nec nisi cum senior Pylios aequaverit annos,

---

838 *sq huc spectat Sen Apocol 9, 5 Buech; . .* censeo uti divus Claudius ex hac die deus sit, ita uti ante eum qui optimo iure factus sit, eamque rem ad metamorphosis Ovidi adiciendam.

---

825 magn(ū *a m 2,* us *eras videtur*) ***F*** **826** egipcia ***v*** b_2 ‖ tedę[a] ***d***, thedae ***g***, teda w_4, cede w_1 $w_{5\ 7}$ **829** barbariem e^2 ***n x*** $w_{3\ 6\ 8}$ ς ***Hs***, barberiem a_5, barbariam ***F h d*** x^2 ***y z*** ς ***V Riese,*** barbariam b_1, barbarie (cas[cas²] *sscr* b_2) a_1 $a_{2\ 6}$ b_2, barbariae *probante Heinsio* ς, barbaream a_8, barbaricas w_4 *cGoth RA* ‖ *τὴν Βαρβαρίαν καὶ Plan* ‖ gentesque ***A*** *Plan RV Gierig*, gentes(que *om*) w_1 $w_{2\ 3\ 5\ 7}$ ς *cGoth A Hs vulgo* **830** Occeano ***F g*** b_2 w_1 $w_{4\ 5}$ ‖ memorem w_1 **832***sq haec a poeta in exsilio addita esse putat Hermes XLVIII 12sq MPohlenz* **832** uertit[e] ***h*** **833** ferit w_6 ‖ mitissimus *mg Gryph* **834** sui[o] a_6 ‖ geret ***h v*** ς *R*, re(get *i r m 2*) ***F*** **835** futurorumque a_{10}, *τῶν μελλόντων Plan* **836** prolemque suam a_3, prolem sanctam *Ben, τὴν ἱερὰν γονήν Plan* ‖ de sancta a_1 a_8 ‖ s. de uirgine ***h*** *cDresd VA* **837** curamque a_9, *καὶ τὴν ἐπιμέλειαν Plan* ‖ curasque (uidebit *add m 2*) ***F*** ‖ uidebit (iubebit *i mg d*) ***n g d*** $a_{2\ 8}$ a_{11} ***w*** b_1 b_2 ς **838** Ne/ s cum (*sic*) ***v*** ‖ Neque pat[i] senior a_1 ‖ cum senior Pylios aequ. a. (*cf trist V 5, 62 ex P II 8, 41 Merkel*) *Hs itemque Bentley*, cum senior similes aequ. ***F*** e^2 ***a n*** b_2 ***v w x y z d*** ς ***ω*** *vulgo*, (cum *om*) senior similes ae. a_1, cum patruo senior similes (a)equ. a. ***h*** b_1 ς, cum senior seniles ae. a_{10}, (cum *om*) consimiles senior ae. a_2, *Γηράσας δὲ καὶ ὁμοίους τῷ θείῳ ἐξισώσας ἑνιαυτούς Plan*, cum senior patrios ae (equauerat w_3) ***g*** (*a m 2* a_3) w_3 ς, cum senior similesque aequauerit *cDresd*, cum senior patrios superaverit *Lenz*, cum Pylio similes ae. *Boissonade*, cum senio similes ae. *p 168 Bothe*, cum senior similes [*moribus, pace, felicitate sc*] exegerit *Jahn*, cum senior sim. impleverit *Bach*, cum imperio sim. ae. *Adv cr II 95 Madvig*

aetherias sedes cognataque sidera tanget.
hanc animam interea caeso de corpore raptam
fac iubar, ut semper Capitolia nostra forumque
divus ab excelsa prospectet Iulius aede!'

Vix ea fatus erat, media cum sede senatus
constitit alma Venus nulli cernenda suique
Caesaris eripuit membris neque in aera solvi
passa recentem animam caelestibus intulit astris.
dumque tulit, lumen capere atque ignescere sensit
emisitque sinu: luna volat altius illa,
flammiferumque trahens spatioso limite crinem
stella micat natique videns bene facta fatetur
esse suis maiora et vinci gaudet ab illo.

Hic sua praeferri quamquam vetat acta paternis,
libera fama tamen nullisque obnoxia iussis
invitum praefert unaque in parte repugnat:
sic magnus cedit titulis Agamemnonis Atreus,
Aegea sic Theseus, sic Pelea vicit Achilles;

---

839 Ethereas e^2 *d g w v* b_1 b_2 ς ‖ cogn. numina(sidera *sscr d*) *d cGronov* ‖ sidera *i r v* 840 Haut animi int. a_2 ‖ Hunc (Nunc *g*) natum interea—raptum w_4 *g* ‖ corp. natam a_3 841 aut semper w_1 842 iulius arce w_4 *cThuan* 843 *om n* ‖ medii *Hs* ‖ media de *ccBersm et Dresd* 844 Tunc stetit *n* ‖ ipsa uenus ς *Plan* ‖ credenda a_{10} ‖ sui(s *partim del*)que *F*, suisque a_5 845 nec e^2 *g* $a_{5\ 8}$ b_1 b_2 *d* ς ‖ in aere b_1 b_2 ς ‖ membris nec uincere solum a_{10} 846 passa recedentem a_2 ‖ passa ingentem *ZÖG 1896, 868 Hilberg* ‖ undis$^{\text{astris}^2}$ *h* 847 lucem cap. *h* a_{10} ς, numen cap. *n v g d* a_5 a_9 b_1 b_2 *w* ς *V* ‖ aut ign. *g* ‖ igniscere a_9, ignoscere *n g* ‖ sentit b_1 b_2 $w_{6\ 8}$ ς 848 Em. sinu luna uolat *y z* ς *cVatic 1593 Plan Hs vulgo*, E. sinu simul euolat w_4 ; ς *R*, E. simul luna uol. *h* a_{13} ς, E. simul luna euolat a_4, E. simul una uol. a_5, E. simul (simul *alterum i r m 2*) uolat$^{e^2}$ *F*, E. simul simul euolat e^2 $a_{2\ 6\ 8\ 6}$ a_{10} a_{11} $w_{2\ 5\ 6}$ *n x d* ς *VA*, E. simul simul alcius euolat (euol. alcius *alii*) illa b_1 b_2 ς, E. simul diua uolat *g v*, E. simul una emicat w_1 849 Flam(m)igerumque a_1 a_4 w_3 ς *cDresd*, Flammiferum(que *om*) *h* ‖ traens *h*, ferens *v cSenat* ‖ lumine a_{11} *n* ς ‖ lim. callem *cThuan Bentley*, lim. currum w_1 850 Stella nitet *cMedic* 851 Esse maiora suis *cGoth* 852 Hec sua a_5 ‖ uetet *cGoth R*, uenit a_2 ‖ parentis a_3 w_1 *g cBersm* 854 preferri *n* ‖ unaque ex a_3, unaque hac ς, et in una *cVoss Bothe* 855 magnus (*cf Pr S G 1893, 29*) *F n d* $w_{2\ 6\ 8}$ $a_{5\ 8\ 9}$ a_{10} a_{11} b_2 *x y z* ς *Plan Jahn*, magnus$^{\text{ł i}}$ e^2, magnis *h* a_1 *g v* b_1 w_1 $w_{3\ 4\ 5}$ ς ω, magni *cPalat Hs vulgo* ‖ cessit a_{10}, cecidit a_3 a_5 b_1 b_2 ‖ titulus a_5 b_1 b_2 ‖ agamenonis *h v* b_2 856 palea *v* ‖ uicit *F* e^2 $a_{4\ 6\ 9}$ a_{11} w_1 $w_{4\ 5}$ *h d g* b_1 b_2 *x z y Riese*, uincit *n y v*

denique, ut exemplis ipsos aequantibus utar,
sic et Saturnus minor est Iove: Iuppiter arces
temperat aetherias et mundi regna triformis,
terra sub Augusto est; pater est et rector uterque.
Di, precor, Aeneae comites, quibus ensis et ignis
cesserunt, dique Indigetes genitorque Quirine
urbis et invicti genitor Gradive Quirini
Vestaque Caesareos inter sacrata penates,
et cum Caesarea tu, Phoebe domestice, Vesta,
quique tenes altus Tarpeias Iuppiter arces,
quosque alios vati fas appellare piumque est:
tarda sit illa dies et nostro serior aevo,
qua caput Augustum, quem temperat, orbe relicto
accedat caelo faveatque precantibus absens!
Iamque opus exegi, quod nec Iovis ira nec ignis
nec poterit ferrum nec edax abolere vetustas.
cum volet, illa dies, quae nil nisi corporis huius
ius habet, incerti spatium mihi finiat aevi:
parte tamen meliore mei super alta perennis
astra ferar, nomenque erit indelebile nostrum,
quaque patet domitis Romana potentia terris,

---

871 *Pseudo-Acro Schol in Hor c III 30, 1*: exegi: ‘Finii, perfeci, ut Ouid. ‘iam opus exegi,’ *deest tamen* (*cf Hauthal*) *Schol* ut—exegi *in cc A γ* R^1.

ς *ω Hs vulgo* ‖ achillis a_1 **857** ex. diuis ae. ***h*** **859** ethereas e^2 a_5 ***g v*** b_1 b_2 ***d*** ς *R* **860** augusto (est *om*) a_1 b_1 b_2 ς *VA Hs*, Aug. es *coni tamen idem* **861** Dii ***F h d g v*** ‖ quomites ***v*** ‖ ignis et ensis a_8 $w_{3\ 4}$ *Plan* **862** diique ***F g v*** b_1 b_2 ‖ indigene a_{10} ***g*** ‖ quirini a_8 $w_{5\ 6}$ **863** gra(diue *i r m 2*) ***h*** **864** cesareos e^2, cesarios a_3 ***v*** b_1 ‖ secreta a_9 **865** cesaria e^2 **866** tenet a_{10} ‖ celsus *ccMedic et Sulm Plan*, Latius *RaphRegius*, altas a_1 a_2 a_{11} *Plan R* ‖ ędes (ł arces *adscr*) e^2 w_4, aedes *Merkel*^{2} **867** alii ***g v*** ‖ fas est a. piumque ***h*** ‖ est *om* a_8 ***n*** w_1 w_6, *del Hs* **868** segnior ***v***, tardior a_4 a_9 ς ‖ sit n. tardior *Hs* **869** augusti a_8 ‖ quem rexerat ***h*** **870** que *om* e^2 w_1 *eras* ***n*** ‖ presentibus a_2 ***n*** w_1 **871** ignis ***a h*** e^2 ***w v*** b_1 b_2 ς *Plan R Merkel*, ignes ***F n d*** a_1 a_2 $a_{5\ 9}$ w_1 w_4 ς *VA Hs vulgo olim*, imber *ad Prop III (IV) 1, 61 Passeratius* **872** Nec potuit a_{10} **873** Dum uolet ***n*** ‖ que nec nisi ***h*** **874** partem mihi a_5 ‖ finiet a_3 a_8 w_1 w_4 **875***sq* astra perennis Alta a_3 b_1 b_2 ς ‖ perhempnis e^2 ‖ super ardua pennis w_2 **876** ferat ***n*** ‖ indelebile ***a w n d y z*** b_2 ς *ω vulgo*, indeflebile ***F h*** a_6 w_1 e^2 ***g x*** ς, indelibile b_1, ineffabile ***v***, deflebile *cBas F 11 26* **877** terris (rebus *adscr*) b_2, nostris a_8

ore legar populi, perque omnia saecula fama,
siquid habent veri vatum praesagia, vivam.

---

878 famā *v* 879 *bis* b_1 ‖ uatum ueri a_5 ‖ uatis praes. *cGoth*, fatum praes. b_1 ‖ uat. praesagia semper Uiuat (Uiuam w_5) et eternum nomen sine fine manebit a_{11} w_3 ‖ praes. uiuam Siquis erit lector ne dicas uetus scriptor Bis sex millenos (*cf infra*) w_4

P. OVIDII · NASONIS · METAMORPHOSEON · EXPLICIT LIBER XV · FELICITER (*sequitur ras quinque fere linearum in F*) F h ‖ Joh. Mart. Winckler Lt. (*i e* Locum tenens?) Rev. Capit. Hamb Secretarius *add* h ‖ EXPL · LIB OVIDII PVBLII NASONIS METAMORPHOSEON l · de transmutatione e^2 ‖ Hic liber est scriptus qui scripsit sit benedictus · Amen dicat omnis homo d ‖ Scribere qui nescit nullum^2 nemo putat esse laborem Sed ego qui scribo laborem esse puto a_8 ‖ Bis sex millenos uersus [Versus mill. bis sex e^2] in codice [hoc carmine a_5 *cZwicc*] scriptos Sed ter quinque minus continet [contenet v^3, contulit e^2] ouidius e^2 a_2 $a_{3\ 5\ 8\ 9}$ a_{10} $w_{4\ 6}$ b_1 ς *et i mg a m rec* v ‖ Vatis Peligni traduntur carmina fini Qui medio nituit dum sibi [u^{i} *i e* ubi *codex*] uita fuit Bis sex millenos — continet houidius *cLeid Lat 96* ‖ liber metha mor pho seos explicit w_5 ‖ finito libro sit laus que gloria Xristo Bis sex millenos *sq* prebet aristeus tibi basia · uerba lieus Sompnum uis cereris · uota precesque thetis · hos uersus fecit fr. Gotfridus de Allaghen ord pdict domus sosacl (*sic*) w_6 ‖ laus tibi sit criste quoniam liber explicit iste explicit iste liber sit scriptor crimine iber w_8 ‖ *nulla subscr in* w_2 $w_{3\ 7}$.

LACTANTII PLACIDI QVI DICITVR NARRATIONES FABVLARVM OVIDIANARVM.

Haec in Ovidii Metamorphoses scholia quod inscribuntur in editionibus veteribus nomine Lactantii Placidi (velut apud Munckerum et Lactantii Placidi argumenta Metamorphoseon Nasonianarum *et* Lactantii Placidi narrationes fabularum, quae in P. Ovidii Nasonis libris XV Metamorphoseon occurrunt), *id librorum fide confirmari negant. sed ut verum est nomen Lactantii Placidi neque in Marciano aut Neapolitano neque in Parisino 8500 inveniri, ita falsum est illud non esse nisi in editionibus. nam in codice Laurentiano 90, 99 hic praepositus est argumentis titulus:*

Celii Firmiani Lactantii
in
fabulas P. Ovidii Nasonis
comentum incipit

Haec videntur fluxisse e commentario in Stat Theb VI 342 (364) Jahnke: sed de his rebus *(meteorologicis [sc),* prout ingenio meo committere potui, ex libris ineffabilis doctrinae Persei praeceptoris seorsum libellum composui Caelius Firmianus Lactantius Placidus. *apparet igitur Italum quendam sibi persuasisse eundem hominem scripsisse et commentarium Statianum et narrationes fabularum Ovidianarum*[1]*). quod utrum verum sit necne, ut operae pretium est quaerere, ita a ratione huius editionis alienum. nec minus, quis ille fuerit, quando vixerit adhuc*[2]*) nescimus. certe noverunt et exscripserunt eius narrationes mythographi Vaticani I et II*[3]*).*

---

1) *cf Praef ed Venetae 1486:* . . Verum cum diligentius quærerem: quae prisc scriptores litteris mandauerunt: incidi in Cœlium firmianū Lactantium Placidum: qui in Statii Thebaida scripsit: uirum mea sententia & diligentissimū & disertissimum & qui in fabulas eiusdem poetae commētatus est. Cuius ego ingenium non potui equidem non mirari. Nam incredibili quadam breuitate fabulam quanque cōplectitur: & ītерpretatur. Quae omnia ita in hoc opere inserui: ut nimiam pulchritudinem præ se ferant.

2) *post belli Gothici tempora vixisse videbatur NHeinsio (cf eius epistolam ad ThMunckerum datam in praef Myth Lat II).*

3) *cf* RSchulz, De Mythographi Vaticani primi fontibus (Diss Hal 1905) *p 46 sq et* FKeseling, De Mythographi Vaticani secundi fontibus (Diss Hal 1908) *p 98 sq.*

Servata sunt argumenta earum fabularum, quae enarrantur libris I—XIV metamorphoseon, coniuncta cum textu Ovidiano in ea classe librorum, quam notavi siglo **O** *(cf huius ed p 1).*

Ac primum quidem illa exstant in codice Marciano Flore-
M *tino 225 (M) saec XI scripto. singulis autem carminis Ovidiani libris praemissi sunt, rubro atramento scripti, numeris plerumque distincti, continua serie, sicut expressi in editione, tituli omnium, quae ad singulos libros Ovidii pertinent, argumentorum. atque ipsa argumenta, titulis plerumque repetitis, ab eadem prima manu inter textum carminis scripta iusto loco, nisi forte erravit scriba, praecedere solent eas, ad quas spectant, fabulas Ovidianas. contuli adhibitis Georgii Knaack schedis.*

N *In codice Neapolitano IV F 3 (N, saec XI) argumenta adscripta a manu prima exstant in margine, lineis aut rubris aut viridibus cincta, item initiales rubro pictae sunt. series illae titulorum in frontibus singulorum librorum collocatae nec minus tituli numerique, quos singulis argumentis praepositos esse vidimus in* **M**, *hic plerumque desiderantur.* **N** *ut multis locis interpolatus libro Marciano longe est inferior. contulit GKnaack. in utroque codice fabula 19 libri XIV postrema est: et liber XV carminis et eius argumenta perierunt.*

Accedunt tres codices mutilati, qui, cum ibi argumenta item inter versus Ovidianos posita sint, eidem classi tribuendi sunt atque **M N**.

β *Fragmentum Londinense Musei Britannici 11967 (β). saec X. insunt post seriem titulorum libri III hae fabulae cum suis titulis et numeris III 1—6 et titulus fabulae 7 (ipsa fabula periit). — IV 12—20. — V post seriem titulorum exstant fab 1—5 9 10. — VI post seriem titulorum exstant fab 1—6/7 usque ad vocem* sacrificium *p 665, 2. β est libro Marciano simillimus. collationem suam benigne mihi suppeditavit REllis.*

π *Fragmentum Parisinum 12246. saec X (π). insunt libri I fab 3—6 cum suis titulis. descripsit eas in journ of ph XV 30 p 242sq REllis.*

ϰ *Fragmentum Hauniense (Ny kgl Saml 2⁰. 55) = ϰ. est saec XII exeuntis. et titulorum series, quam habet* **M** *in fronte libri X, et tituli numerique singulis fabulis in* **M** *praepositi desiderantur in ϰ. — insunt libri IX fab 6/7* nomine Amphison *ad finem et fab 8 9 10, item X fab 1—12. — contuli.*

Argumenta libri XV in his codicibus melioris et antiquioris notae deperdita, cum ipse libris manu scriptis plane esset destitutus, ex

editione Raenerii (a. 1568) de fide eius dubitans[1]*) descripsit neque notis instruxit (pauculas addidit in editionis Metam Ov tomo II Amst 1727 PBurmannus) Thomas Muncker. sed propagatae sunt hae narrationes fabularum non coniunctae cum carmine Ovidiano in altera classe librorum, quae quamquam illa classe* ***O*** *multo recentior et multo deterior, tamen plena et integra est. hinc pendent argumenta fabularum libri XV. exstant autem, quod sciam, hi duo codices.*

*Parisinus 8500 (**P**), saec XIV scriptus, membranaceus*[2]*). continet post Fulgentium aliaque in folio 57 sq (No 17) secundum catalogum* Anonymi Enarrationes in quindecim libros Ovidii metamorphoseon. *in ipso autem libro praemissus est narrationibus hic titulus:* Publii Ouidii Nasonis metamorphoseos libri primi narrationes incipiunt. *fabulae libri XV incipiunt a folio 68 v. dedi varias lectiones. libri XV plenas, ceteras passim. usus sum imagine photographica.* ***P***

*Laurentianus 90, 99 (**L**), servatus Florentiae in eadem bibliotheca Laurentiana, quae nunc habet librum Marcianum. est carthaceus, saec XV exeunte exaratus. in p 1—238 codicis scriptus est* Iohannis Boccaccii de Certaldo De montibus, De siluis nemoribus et lucis, De fontibus, De lacubus, De fluminibus, De paludibus, de maribus liber. *post folia quaedam vacua scriptum est in fol 241* Celii Firmiani Lactantii in fabulas P. Ouidii Nasonis comentum incipit. *fabulae libri XV incipiunt a folio 282 v. tituli, qui sunt continua serie in fronte libri XV, habent, ut expressi, numeros qui dicuntur arabicos. singulis fabulis numeri latini, non tituli praepositi sunt. descripsit fabulas libri XV e codice in meum usum diligentissime Henricus Meyer Florentinus.* ***L***

Addidi lectiones potiores editionis Venetae tertiae (a 1486) = ***V***. *quam qui curavit Bonus Accursius Pisanus*[3]*) usus est sine dubio bonis codicibus et nostris (**M N L**) et, ut videtur (cf ad p 634, 14 et 15), aliis.* ***V***

Non adhibendam esse putavi editionem principem (Patavii 1476), cuius unum exemplar Oxonii in bibliotheca Bodleiana vidit (cf Prolegg Trist LXXXI not[3]*) SGOwen, alterum Florentiae olim in*

1) *cf Praef tomi II Mythogr Lat (Amst 1681):* Liber autem quintus decimus an fide se et auctoritate Raenerii tueri possit, viderit is, cui fortuna eius aliquod MS. obtulerit exemplar.

2) *cf de hoc libro satis memorabili pulcherrimeque scripto Melot, Catalol. cod. manuscr Bibl Reg 1744 tom IV 465 et Pierre de Nolhac, Pétrarque et l'humanisme*[2] *Paris 1907 p 204 sq.*

3) *nam sic incipit Praefatio:* Bonus Accursius Pisanus salutē dicit plurimam Magnifico equiti aurato & sapientissimo ac primo ducali secretario Ciccho Simonetæ.

Laurentiana nunc in Bibl Nazionale servatum examinavit (cf NJhbb 141, 1890 p 349 sq) Georgius Knaack. eandem codicem manu scriptum esse olim putabant ex errore Munckeri[1]*). inscribitur autem falso sic:* Donati grammatici peritissimi fabularum breviatio Ouidii Nasonis elegans et succincta et primo de chao in quattuor elementa diuiso. *hanc editionem, ut gravissime interpolatam, nullius pretii esse l c demonstravit GKnaack.*

Omnino hae narrationes fabularum Ovidianarum interpolationibus foedissimis latissimeque patentibus inquinatae sunt cum in ceteris editionibus veteribus tum in Raeneriana (1568). atque Thomas Muncker, quamquam in praefatione (p 2) tomi secundi Mythographorum Lat graviter vituperat Raenerii libidinem, tamen et ipse edidit illas ut multo minus interpolatas, ita interpolatas. quare inprimis id egi, ut eicerem quae essent adulterina, revocarem lectionem librorum mendosam et lacunosam multis locis, ut est, caverem, quantum potui, ne pro erroribus scribarum corrigerem errores scriptoris.

---

1) *Praef Mythogr II p 2:* quanquam Donato opusculum inscribunt Colonienses editores ut et chartaceus ille codex, quem in Florentina inspectum bibliotheca ab NHeinsio audisti modo.

LIBER I.

I Chaos in species.
II Terra in varias personas.
III Mundus in saecula quattuor, aureum, argenteum, aereum et ferreum.
IIII Item annus in tempora quattuor.
V Gigantum sanguis in homines.
VI Lycaon, Pelasgi filius, in lupum.
VII A Deucalione iactati lapides in viros et a Pyrrha in mulieres.
VIII Python serpens in figuras.
VIIII Daphne, Penei filia, in laurum.
X Io, Inachi filia, in vaccam.
XI Mercurius in pastorem.
XII Syringa nympha in fistulam.
XIII Argus, Arestoris filius, in pavonem.
XIV Io supradicta in Isidem.

Chaos, ut Hesiodus indicat volumine, quod deorum originem continet, fuit initio rerum confusio, quae postea in suas species distributa est ita, ut levissima corporum, aether igneus et hunc infra aer frigidus ceteraque sidera sublimem partem peterent universa, per quae solis splendor ac lunae vagaretur, gravissima autem, humus liquorque, *fab 1*

P. OVIDII NASONIS METAMORFOSEOS LIBER I. CVM SVIS NARRATIONIBVS INCIP̄ *rubro* ***M***, Narratio ouidii nasonis metaphorseon (*sic*) in libris quindecim ***N*** 2 Terra in homines ***N*** 3 Mundus in secula quattuor (*cetera om*) ***N*** 5 Mundus in tempora quattuor ***N*** 7 pelasgi filius *om* ***N*** 8 iacti ***N*** ‖ et—mulieres *om* ***N*** 9 pithon ***M*** 11 baccam ***N*** 13 Syrena ***N*** ‖ nympha *om* ***N*** 15 *hunc titulum om* ***N*** ‖ supradic/ta (a *eras*) ***M*** ‖ Isidem] deam *add* ***N*** ‖ NARRAT *i mg rubro adscr* ***M***

Titulos libro I praepositos neque numero neque titulo addito sequitur fab I ***M*** 16 Hesiodus] *Theogon 116sq* ‖ in uol. *edd vett* ‖ Hesiodi ind. uolumen ***PV*** 17 in initio *Burm* ‖ quaedam rerum ***PV*** *Muncker* 18 hünc ***M*** 19*sq* sublimem—subsiderent] *haec foraminibus membranae lacunosa* ***N*** ‖ uniuersaque . . (*lacuna*)ae ***N*** 20 autem *om* ***N***

in ima parte subsiderent. ex terra cum omnia generata sint variarumque rerum mater repperiatur, tum humanum genus, quod cuncta vinceret, Prometheus Iapeti filius, ut idem Hesiodus ostendit, ex humo finxit, cui Minerva spiritum infudit. saecula etiam dicta auctoritate Varronis vertuntur, quoniam aureum in deterius argenteum et post in aeneum ac postea, quod opprobrium antedictis est, in ferreum
fab 2 cessit Separata erat terra a ceteris elementis, sed homo nondum natus, ipsius terrae futurus cultor ac dominus, itaque Prometheus Iapeti filius terram imbre mollivit et ex hac hominem ad dei similitudinem et imaginem finxit, cuius facies non prona, ut cetera ani-
fab 3 malia, esset in terram, sed caelum spectaret erecta Ex quo chaos tenebrosum iniecta luce discussum est et discretis elementis faciem hanc tam claram mundus accepit, deinceps quasi in aetates quasdam, in saecula quattuor distributus est, hoc est aureum et argenteum, aereum et ferreum. quibus pro qualitate sui adscripta sunt nomina. nam aureum saeculum dictum est, quod Saturno regnante omnium rerum erat plena tranquillitas: non furor saeviebat armorum, non avaritia hominum fluctibus commiserat vitam, et cessantibus rastris inarata gravidas fruges terra praebebat. otiosa erat ac secura vita mortalibus; ac sine vicissitudine temporum continua veris gratia fruebantur. deinde secundum saeculum in argenteum ab aureo colore

---

1 subsederunt *N* ‖ omnia *deest in N* 1*sq* ex terra—infudit] *iteravit haec in textu carminis post v 33 his discrepantiis lectionum M*: 1*sq* omniumque (*item P*) rerum mater, 2*sq* cum humanum genus cuncta uincat (ut hum.—uincat *P*), 4 spir. inmisit (*item P*) ‖ *iuxta* inmisit *titulum* chaos in speciem *rubro postposuit M* ‖ ex terra—in ferreum cessit] *del haec ut glossema* (*immo duplex recensio videtur*) *Muncker* 2 (human *deest*)um *N* 2*sq* . . od cuncta uinc . . . . us iapeti filius ut . . . ostendit ex hum . . . cui *N* ‖ Hesiodus] *Theogon 565sq Erg 50 sq* 4 finxit (hominem *sscr m 2, sed eras*, hōinē *i mg adscr alia manus*) *M* ‖ cui *i r m* 4*sq* saecula—Varronis] Seclum . . dictum a sene *Varro l lat VI 11* ‖ saecula—cessit] *om V* ‖ dicta *N*, dicata *M* 7 cessit] *sequuntur ante carmen ipsum in textu* Orba parente suo—licuisset eram [*trist I 7, 35sq*] *M*

II Terra invarias (*rubro, ut fere in titulis*) *post 75 M* 7 iam erat *N* ‖ et homo *N* 8 iap/eti (p *eras*) *M* 9*sq* addī sim. *O* ‖ *cf Vulg Gen I 26* faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram 10 et imaginem *om N* 11 non terram *P*, in terra *N*

III (*numerum om π*) Mundus in se(ac)cula quattuor aureum argenteum ae(e)reum et ferreum *post 88 O π* 11 chos *π* 12*sq* fac. hanc tam *π N P V*, fac. tam *M* 13 mundi *π* ‖ acc. mundus *N* ‖ quas(i *perfossum*) *π* ‖ aetate *π* 14 aurum *N* 15 ferrum *π* 18 uiam *N* 18*sq* rastris grauida *N* 19 grauides *π* ‖ ot. ac sec. uita erat *N* 20 corporum *π* 21 secundum *M P V*, *om π N* ‖ deinde seculum in argenteum aureo colore transacto migrauit *N* ‖ ab *om π N* ‖ auro *M*

migravit. tunc primum et aestus ardentior caeli et graviora frigora incubuere mortalibus. tunc meditata domorum tutiora secreta: antea enim aut in antris habitabant aut incolebant frutecta silvarum. semina etiam tum primum sulcis coepere committere, cum iam terra solita hominibus negaret alimenta. tertium saeculum aereum, argento iam durius. coepere homines inverecundius vivere. nam cupiditate habendi avaritia cum perfidia exorta est. inde mare pervium factum, dum divitiae requiruntur. terra quoque cunctis antea communis limitibus terminisque discreta est, et in venis quidem non sola frumenta quaesita sunt, sed metalla inventa crepuerunt. quartum saeculum ferreum a rigore dictum est; quod in tantam rabiem furoris erupit, ut omnia scelera cupiditatis excelleret. namque ab odiosa vita et insanientis avaritiae grassationibus ad parricidia usque perventum est Cum Saturno, aurei saeculi rectore, caeli arce deiecto teneret *fab 4* Iuppiter mundum, sic ipse mundus quattuor ac diversa tempora coartavit, ut ver, quod fuerat ante unum semper ad serenam tranquillitatem continuum, in partem anni quartam et angustissimum coierit tempus, ut huic succederet ardor aestatis et tertio sequeretur autumni infida temperies et post haec totus annus rigida hieme clauderetur. quae quattuor tempora veris exordio qualitatem imitarentur et ordinem saeculorum Gigantas nomine inmensae molis et similes matri *fab 5*

---

1 ardentis ***N*** 2 aedificata π 3 in *om* ***N*** ‖ inlebant ***N*** ‖ frutecta ***P V*** *vulgo*, fructe(c *virgula del*)ta ***M***, tecta ***N*** π 3*sq* sem. enim tunc sulcis ***N*** 5 saec. successit π *V* ‖ aereum] he . . (*cetera legi non possunt*) ***N*** 6 homines *om* ***N*** 7 cum fidia π 8 quoque *om* ***N*** ‖ antea comm. cunctis ***N*** 9 in uenis eius (non *om*) sola frum. quesita s. et met. π ***N*** ‖ sol(ū *ex* a *m 2*) ***M*** 11 ferrimineafrigore π ‖ dictum *Raenerius*, du/(c *eras*, ratum *i r m 2*, ductum *videtur fuisse*) ***M***, duratum π ***N P V*** *vulgo* ‖ ferri nimio rigore duratum est *ed Colon 1556 Hs* 12 cupiditat(i *ex* e)s π ‖ excelleret ***O P V***, excideret π, excederet *Giselinus*, exerceret *Raenerius*, excellerent *Ehwald* ‖ nam π ‖ a(b *ex* d) π ‖ odios(a *perfossum*) uiti(a *perfossum*, is *scr*, odiosis uitiis *fort voluit*) π, ab odio sanctae vitae *vel* sanctitatis *Vollmer* 13 sanientis π ‖ grassationibus π *vulgo*, crassationibus ***O P V*** ‖ parricidium ***N*** ‖ *multa in hac fabula nigriore atram redintegrata* ***N***

fab 4 post 112 ***M*** π ‖ Saecula in tempora quattuor π, III (*sic*) Item annus in tempora quattuor (*titulus hic postpositu*) ***M*** 14 rectore *om* π ‖ de(i *per ras ex* l)ecto ***M*** 15 sicut π ‖ mundum ***N*** ‖ mundus habebat *coni Ellis* ‖ diusa (*superior pars litt* i *foramine deleta, supra* u *ras*, diūsa *i e* diuersa *fort fuit*) ***M*** 15*sq* sic ipse mundum in *coni Muncker* ‖ coartabit π 17 parte π ‖ coierit ***M***, cogeret π ***N***, coegerit *V* 18 tempus ***N*** ‖ succideret ***N*** ‖ etatis ***N*** ‖ autumnus ***N*** V (*numerum om* π) Gigantum sanguis in homines *post 150* π ***M*** 21 Gigantas ***M***, Gigantes ***N***, Gigantes π *V* ‖ inmensa moles π ‖ similis ***N***

filios parens terra progenuit, quorum magnitudini par exarsit audacia. nam exstructis in excelsum aggerem montibus sacrilegas manus iniecere caelestibus. sed fulminum igne deiecti inpium genus poenae suae cruore generarunt. nam sanguis eorum permixtus terrae homi-
fab 6 nes procreavit haud longe ab origine discrepantes De Gigantum sanguine nati quam sacrilega mente versati sunt, Lycaonis testatur exemplum. qui tyrannus Arcadiae, cum advenas et hospites trucidaret, etiam Iovem in se accendit iratum. nam Iuppiter humani sceleris inpatiens, in deos querimonia delata, simulata hominis specie ad Lycaonis regiam venit. cui Lycaon tamquam mortali praeparans mortem prius humana membra devoranda velut hospitali humanitate apposuit. quae postquam Iuppiter sensit, non eum penitus interemit, ne supplicii amitteret sensum, sed in lupi saevi eum formam convertit, qui et mores in rabie et nomen Lycaonis in appellatione servaret. non contentus fuit Iuppiter ceteros homines unius Lycaonis terrere supplicio, nisi in genus omne saeviret, indidemque tantam iussit aquarum copiam redundare, ut opertis diluvio montibus cuncti homines
fab 7 interirent Iuppiter propter audaciam Lycaonis ceterorumque mortalium, qui sceleribus suis etiam deorum potentiam temptabant, itaque orbem terrarum profusis imbribus inundavit. et cum duo pietate

---

1 genuit π ‖ par exarsit *V vulgo*, par ex(a *i r m 2*)rsit ***M***, par expa
par/sit (par *incertum*) ***N***, par · exparsit π 2 cumulum² aggerem ***M*** 3 fluminum (*corr m 2*) π 3*sq* pœnæ suæ ***M V***, pene sue ***N***, paene suo π ‖ poena sua et
differentes²
cruore *Giselinus* 5 au(d *ex* t) ***M*** ‖ discrepantes ***M***

Licaon in lupum VI (*numerum om* π) *post 162* π ***M*** ‖ *margo membranae lacer* π 6 natum π ‖ sacrilegam te π ‖ sunt ***M V***, sint ***N*** *vulgo* ‖ versati—testatur] uersati—te *desunt in* π 7 tyrrannus π 8*sq* Iovem—accendit *desunt in* π ‖ et iam ioue ***N*** ‖ et iratum π ‖ accepit *Raenerius* ‖ humani—inpatiens] mani—in *desunt* in π ‖ hnmani/ (g *eras*, generis *fort voluit*) sc. ***M*** 8/14 *exscr Myth Vat I 17* (*5, 27sq Bode*) ‖ 9 quaerimonia π ‖ delata et ***N*** *ed Colon Hs* simulata *deest in* π, simil (*cetera evanida*) ***N*** hom. sp. ioui²
simulata *V* 10 cui M ‖ cui lyca *desunt in* π ‖ quasi mort. π ‖ prẹparens π 11 deoranda π 12 apposuit/ (o *fort eras*) ***M*** ‖ quam π 13 in lupi saeui eum formam ***O V***, in lupi ferā formā *fort recte* π 14 rabiee (e *prius perfossum*) π ‖ rabiem — appellationem *V* 15 nec cont. π ‖ ceteros π *V*, omnes ***O*** *vulgo* ‖ unius π *V*, huius ***O*** *vulgo* 16 indidemque π, inde denique ***O V*** *vulgo* ‖ tantą̄ *ex* ū *m 2*) ***M*** 17 ut *i r n* 18 interire(ut *i r m 2*) ***M***

VII A deucalione iacti lapides in uiros a pyrrha in feminas *post 239* ***M*** ‖ *fabulam a m 1 omissam supplevit n* 18 Iuppiter propter—generandae prolis] *exscr haec Mythogr Vat I 189* (*p 57, 32sq Bode*) 19 itaque (*cf p 636, 4; 639, 12 alia*) ***O*** *V, om Myth Vat vulgo* 20 profu(s *i r m 2*)is ***M*** ‖ duo ***M***, duo s. mortales²
mortales *Myth Vat*

ceteros mortales antecessissent, Deucalion Promethei filius ac Pyrrha, eadem soror atque coniunx, et Parnaso monte proluviem imbrium effugissent, sorte moniti Themidis, eo tempore quae antistes terrae fuisse traditur, a deis veniam acceperunt per preces generandae prolis, ita ut lapides post tergum iacerent, ex quibus homines nascebantur; et a Deucalione missi in viros vertebantur, a Pyrrha autem in feminas **Post** cataclysmum factum edidit terra Pythonem serpentem, speciem ignotam mortalibus. hunc Apollo sagittis interemit, et, ne eius aboleret nomen, instituit ludos et certamina quaedam in his ludis ostendit. unde etiam Apollo Pythius est appellatus ludique Pythii **Daphne**, Penei fluminis filia, cum omnium virginum, quae in Thessalia essent, speciosissima haberetur, adeo quidem ut deos pulchritudine sua caperet, Apollo etiam cum illam conspexisset, forma eius expalluit. quam cum neque pollicitis neque precibus adire potuisset, vim ut adferret instituit. et illa cursu conspectum eius effugere cupiens, patrem invocavit, ut virginitati suae, quam sibi permiserat, ferret auxilium. cuius ille auditis precibus filiam deorum auxilio, ut vim effugeret, in laurum convertit **Io**, Inachi filia, cum aequales suas specie praecederet, ab Iove adamata est, qui amoris precibus desiderium explevit. et ne puella Iunonis iram incideret, a

fab 8

fab 9

fab 10 et 13 (Muncker)

---

1 mortales *hic om Myth Vat* ‖ pi(r *ex* t)rha ***M*** 2*sq* soror et uxor, in Parnaso—effugerunt et sorte *Myth Vat* 3 antistes oracli *Muncker* 4 traditur ***M*** ‖ proli *Vollmer* 6 missi ***M*** ‖ apytrha ***M***

VIII Pithon serpens in figuras (*titulus fabulae postpositus*) *post 415* ***M*** 7 cataclismo facto ***N*** ‖ pithona ***N*** 8 ign. moribus ***N*** 9 quaedam] uł que iā *i mg adscr* ***m***

VIIII Daphne penei filia in laurum post *451* ***M*** 11/15 Daphne—instituit] *exscr fere Mythogr Vat II 23* (*p 82, 4 sq Bode*) 11 dapne ***N*** 12 inthesalia ***N*** 13 Apollo etiam *Muncker*, ap. enim ***O*** ‖ *om vocem V vulgo* 15 at *Micyllus* 16*sq* patrem—auxilium] nam scimus Daphnen, Ladonis, fluminis Arcadiae, filiam, dilectam ab Apolline et Terrae miseratione in laurum conversam *Myth Vat I 116*, Daphne, Penei fluminis filia . . . illa advocato patre ut virginitati opem ferret, Terrae miseratione ante concubitum in laurum est conversa et ab Apolline in tutelam recepta *Myth Vat II 23* 16*sq* permiserat ***M V***, promiserat ***N*** *Raenerius* 17 cuius ***N*** *vulgo*, (C *per ras ex* Q)uius *i r* ***m***, quam *V* ‖ filiam *vulgo*, filiae ***O V*** ‖ quibus—prec. filiae *inde conieci* ‖ filiam, dei ut vim effugeret *Burm*

X Yo inachi filia in vaccam *post 567* ***M*** ‖ *exscripsit fabulam Mythogr Vat I 18* (*I 5, 38 Bode*) 18 inachi ***M*** ‖ inachi amnis ***N V vulgo*** 19 su(a *ex* o *m 2*)s ***M***, sua ***N*** ‖ amoris (ł admotis *sscr* ***m***) ***O***, admotis *V vulgo* 20 speciebus ***N*** ‖ puella Iun. *V Muncker*, puella iun. ***M***, p. iunoniis ***N***, p. in iun. *vulgo*

conpressore in vaccam est transfigurata. cuius fallaciam Iuno cum intellexisset, petit eam ab Iove: velut munus sibi daret vaccam, quia speciosissima erat ceteris armentis, quae in Peloponnensi regno essent. Iuppiter vero, ne, si negasset, proderet puellam, itaque tribuit confestim. Iuno autem, ne amplius eius paelex cum Iove concumberet, Argum, Arestoris filium, centum oculos habentem ei praeposuit. quem Mercurius patris iussu interemit et a casu eius Argiphontes est cognominatus. Iuno Argum, quem ob custodiam occiderat, in volucrem pavonem transformavit et receptum in suam tutelam pennis insignibus,
fab 11 quibus amissa lumina indicaret, ornavit Iuppiter mittit Mercurium in habitu pastoris ad Argum supradictum interficiendum
fab 12 Syringa nympharum naiadum, quae circa Nonacrinum montem Arcadiae vagabantur, speciosissima proditur fuisse. quam cum Pan, Mercurii filius, adamasset et eam persequeretur et ad amnem Ladona Arcadiae conpulisset, ne vi castitatem deponere cogeretur, sororum auxilio in harundinem conversa est. ex quibus fistula est conposita, quae nomine eius apud Graecos Syringa nuncupatur. cuius cantu Argus in somnos conpulsus est, quo facilius eum Mercurius interficere
fab 14 posset Io supradicta cum furiis exagitata orbem terrarum percucurrisset, novissime in Aegyptum delata ac placata Iunone a Iove in pristinam formam regressa est. Isidis deae nomen accepit linigeraque est appellata.

---

1 in uaccam mutata est isidis deae nomen accepit iuno cum *sq* ***N*** 2 petit ***M*** ‖ *post* Iove *distinxi* ‖ ab ***M***, a ***N V*** ‖ uaccam *om* ***N*** ‖ ut munus *Vollmer* ‖ petit eam a Iove velut munus sibi dari (daret ***V***), quia *edd vett*, p. ea a Iove velut m. sibi daret vaccam, quia *Muncker*, p. ea a I., velit m. s. dare vaccam, quia *Burm* 3 speciosissima ***O V***, speciosior *vulgo* ‖ speciosissima e. in *coni Muncker* ‖ in Peloponnensi regno *Muncker*, impelop(ensi *i r m 2*) regno ***M***, in poloponensi (regno *om*) ***N***, in Peloponneso ***V*** *vulgo* 4 negasset ***M***, negaret ***N*** ‖ proder(e *i r m 2*) ***M*** ‖ itaque (*paene eras*) ***M***, *om* ***N*** *vulgo*, *cf ad 634, 19* 5 iuno autem *om* (*sed eadem haec supra* confestim ne *scr m*) *om* ***O*** ‖ concūberet ***M*** 6 Arestoris ***V***, aristoł ***M***, aristoris ***N*** ‖ proposuit ***N*** 7 argifontes ***N***, argifons ***M***, argiphonos ***V*** 8 quia ob ***N*** ‖ ille occ. *vulgo*, Ius occ. *Burm* 10 missa (*corr m*) ***O***

XI Mercurius in pastorem *post 667* ***M*** 11 interf. supradictum ***N***

XII Syringa nympha in fistulam *post 688* ***M*** 12 Syringa ***O*** *Muncker*, Syrinx ***V*** *vulgo olim* ‖ nonacrum ***O***, Nonacrium *Burm* 12*sq* archadie (*item 16*) ***M*** 14 persequeretur ***O V***, persequens *vulgo* ‖ et *addidi*, *om* ***O V*** ‖ persequens, cum ad *coni Muncker* ‖ ladona ***V***, ladonā ***O*** 16 arundinē ***O V***, arundines *vulgo* ‖ quibus ***O*** *vulgo*, qua ***V*** ‖ est cōposita ***O V***, composita est *vulgo* 17 siringa ***N*** ‖ nominatur ***N*** 18*sq* conuersus ***N*** ‖ posset interf. ***N***

XIII Io supradicta in hysidem *post 723* ***M*** ‖ *plurima evanida in* ***N*** 21 regressa ***M***, reuersa ***N V*** *Muncker*, restituta *ed Colon* ‖ est *om* ***N*** *vulgo* ‖ linigeraque *Muncker vulgo*, niligeraque (*cf ad met I 747*) ***O***, uigilansque ***V***

LIBER II.

I Phaethon, Solis et Clymenae filius, fulmine ictus.
II Heliades sorores Aegle Lampetie Phoebe in arbores scilicet populos.
III Lacrimae earum in electrum.
IIII Cygnus, Stheneli filius, Ligurum rex, in avem sui nominis.
V Callisto, Lycaonis filia, in ursam.
VI Eademque cum filio Arcade a Iove in sideribus.
VII Corvus volucris initio candidus, deinde in nigrum.
VIII Coronis, Coronei filia, in avem cornicem.
VIIII Nyctimene, Nyctei filia, in noctuam.
X Ocyroe, Chironis centauri filia, in equam.
XI Battus, Nelei filius, ruricola, in saxum.
XII Aglaurus, Cecropis filia, in lapidem.
XIII Iuppiter, Saturni et Opis filius, ad Europam in taurum.

Clymene, Oceani et Thetidis filia, cum Phaethontem ex Sole *fab 1*
conceptum genuisset et in adultam perduxisset aetatem, monuit ut patrem cognosceret. qui infeliciter progressus ad orientem Solem pervenit agnitusque est ab eo per conubii indicia; accensusque agitandi currus amore, quem quattuor equi Pyrois, Eous, Aethon ac Phlegon adsueverant trahere, diu expetitum currum accepit et a praeministris

---

explic̄ liber primus incipiunt capitula libri secundi *i mg iuxta I 747 (unus versus erasus in textu)* ***m****, sequuntur ibidem in textu tituli fabulārum libri secundi, at post I 779 nec titulus nec spatium (sed i mg signum + et quaedam erasa)* ***M*** ‖ Incipit liber secundus *iusto loco (post 779)* ***N***

2 Phaeton *V*, Pheton ***O*** ‖ Solis *om (i l add m 2)* ***M*** ‖ climinae ***M***, clymenes ***N V*** 3 sor. eius ***N*** ‖ eg(ie *i r m 2)* ***M***, egie ***N*** ‖ iāpetiæ ***M*** ‖ poebe ***N*** 4 in pop ***N*** 6 steleni ***M*** ‖ ligurum rex ***O V***, *om Muncker* 7 calysto ***M*** 8 a ioue ***O V***, *om vulgo* ‖ sideribus ***O***, sidera *V vulgo* 9 dein ***N*** 10 coronę ***N*** 11 Nictinime ***M***, Nyctymone ***N*** ‖ nictei filia ***M***, *om* ***N*** *vulgo* 12 Ocyre ***M***, Ochyroe ***N*** ‖ aquam ***N*** 13 Bathus ***M*** ‖ ruricola *(in textu vox parum perspicua) i mg iteravit* ***m***

fab 1 unius versus interstitio neque numero neque titulo addito sequitur post I 747 et seriem titulorum libri secundi ***M*** 16 thetidis ***M***, thetis ***N***, Tethios *V*, Tethyos *vulgo* ‖ phaethontem *V*, phetontem ***O*** 18 qui velociter iter ingressus *(coll met I 779) Burm* 20 pyrohis ***M***, pirois ***N***, pyrous *V* ‖ eus ***N*** ‖ phegeton ***N*** 21 expetitum currum ***M***, expetitam ueniam ***N***, petitum c. *V*

Horis iunctum conscendit. monitis itaque instructus patris per iter ignotum cum equis obniti nequisset, equi ignoto agitatore conterriti mundi pronam partem petierunt. quamobrem cum cuncta mortalium ardore subito proflagrantium incenderentur a Ioveque opem inplorantes peterent, ne orbis terrarum conflagraret, Phaethon fulmine ictus et e curru praecipitatus est; atque ita liberati equi vinculis agnito
fab 2 et 3 itinere ad suam stationem reversi sunt Sorores Phaethontis Phaethusa, Lampetie, Phoebe casum fratris dum deflent, deorum misericordia in arbores populos mutatae sunt. lacrimae earum, ut Hesiodus et Euripides indicant, in electrum conversae sunt ac fluxisse dicuntur
fab 4 Cygnus, Stheneli filius, materno genere Phaethonti proximus, cum Liguriam incoleret et in ripa Eridani amnis, quem quidam Padum vocant, cum vidisset corpus Phaethontis a sororibus eius ablui, pari calamitate est concussus. plus enim iusto deflendo propinqui interitum deorum voluntate in volucrem cygnum abiit, qui perosus caelestis ignes paludes ac flumina, quibus insenesceret, est secutus.
fab 5 et 6 Phanocles in Cupidinibus auctor Iuppiter cum reliquias torrentis ignis persequeretur, ut laborantibus opem ferret mortalibus, cum circa Nonacrinum montem Arcadiae, in quo genitus existimatur, vagaretur, in Callistus, Lycaonis filiae, incidit amorem. cui cum preces de explemento desiderii sui admovisset frustratasque voces suas intellexisset, astu eam subit. in Dianae namque sexum se reiecit ac fati-

---

1 instructus *om* ***N*** 1*sq* cum per i. ign. *vulgo* ‖ cum equis ***M*** *V*, equis *vulgo*, equis *om* ***N*** ‖ et equi ***N*** 4 subito ard. ***N*** ‖ proflagrantia *V* 4*sq* implorantibus ferren'/ ***N*** 6 a curru ***N*** ‖ liberi ***N*** ‖ a uinc. ***N***

7*sq* Sorores—mut. sunt] *habet* ***N***, *eadem sine titulo, sed unius versus interstitio, post 324 in textu* ***M*** *V*, sorores phetontis in populos *i mg* ***m*** ‖ phetontis phetusa ***O***, Phaethontis phaetusa (*sic*) *V* 8 (l ex i *m2*)am petiæ ***M*** ‖ dum flerent ***N*** 9*sq* lacrimae—dicuntur] *post 363 nullo titulo aut numero in textu* ***M***, *habet V, om* (*ex sil* ***N***) *vulgo* 10 sunt ac fluxisse dicuntur *haesitans scripsi*, sunt hoc fuisse dicunt ***M***, sunt ac fluisse dicunt *V* ‖ ac fluxisse *i mg* (*m 1*) *additis signis* α α *supra* hoc(*in textu*) *et* ac (*i mg*) ***M*** ‖ mutatae succina flevisse dicuntur. lacrimae earum—sunt conversae (*collato Serv ad ecl VI 62*) *Muncker*

11*sq sine titulo, sed unius versus interstitio post 366* ***M*** 11 (C *add m2*)Ignus (2 stenei ***M*** ‖ Phaethonti *V*, phætonti ***M***, phetonti ***N*** 13 Phaetontis *V*, phetontis ***O*** ‖ abluia pari ***N*** 14 est *om* ***N*** ‖ iusto *om* ***N*** 15*sq* cęlesti signo (t stē ignē *sscr m*) ***O*** 17 phanocles (s. ē, *i e* scil est, *s l add m 2*) ***M***

17*sq sine titulo post 380* ***M***, calisto in ursam *i mg* ***m*** ‖ (i *i mg*)uppiter ***M*** 18 lab. mortal. ferret opem ***N*** ‖ et cum *Muncker* 19 archadie N 20 calis-o2tus ***M***, colistus ***N*** 21 sui des. ***N*** 22 subit ***M***, subiit ***N*** *V vulgo* ‖ speciem '*Valteriani codd, ut notat Giselinus*' ‖ se reiecit ***M*** *V*, sedreiecit ***N***, se traiecit *ed Colon Hs*

gatae ornatus pharetra sagittisque velut Diana occurrit, ac veste pariter posita virgo Iovem experta est. neque ideo a Iunone inmerenti delictum remissum est. nam confestim paelicatu eius accensa, ne amplius pulchritudine coniugem caperet, in ursam eam transfiguravit. quae a Iove cum Arcade filio, quem erat enixa, inter sidera conlocatur. a Graecis autem Helice, a nostris septemtrio nuncupatur et a Tethy et Oceano ob Iunonis iram inter cetera sidera liquore non tinguitur, ut auctor Hesiodus indicat. ut alii: 'sed lucet in astris Callisto renovatque suos sine fluctibus ignes' [Callisto supradicta cum filio Arcade in sideribus a Iove translati sunt] Corvus volucris initio naturae candidis pennis plumatus fuit. sed quia Coronida, Coronei filiam, indicaverat Apollini in adulterio, morari itaque propter acerbissimum indicium flagrantis dei sagittis confixa est; ergo ille niger ex candido factus. ex hac et Apolline nascitur Asclepius, quem pater exciso utero matris, cum ea rogo esset inposita, abstulit. is ad Chironem a patre in Pelium perlatus est montem, ut ab eo incrementum simulque scientiam acciperet medendi Coronis, Coronei filia, refert corvo, ne indicium Apollini faceret. cum ergo Minerva Erichthonium Vulcani filium, qui ex conplexu sui in terram ceciderat, sustulisset, et comitibus suis Pandroso et Hersae Aglauroque, Cecropis filiabus, cistula inclusum tradidisset monuissetque, ne quis omnino id conspiceret, Coronis supradicta, nobilissima virginum, custodibus laxatam cistulam et inspectam, cum draconem repperisset,

fab 7

fab 8

---

1 phar. est ***N*** 2*sq* Iovem virgo *vulgo* ‖ neque ideo — est *i mg m, habent* ***N V*** 3 accensa] Iuno *add Burm* 4 eam *om* ***N*** 6 hælicę ***M*** ‖ septemtri(o *ex* a) ***M***, septemtrion ***N*** 7 a Tethy *V*, a theti ***O*** ‖ et *om* ***N*** ‖ praeter (*ut videtur*) cet. ***N*** ‖ liquore ***N V***, liquore ***M*** 8*sq* Hesiodus] *immo Homerus* (*cf Il XVIII 489 Od V 275*) ‖ uł (*i e* uel) alii ***M***, ut /// alii /// ***N***, uel alii *V*, hinc illud *Giselinus vulgo* ‖ *versus poetae ignoti* 9 calisto ***O*** ‖ Calisto et aras in syderibus *rubro, ut fere, post 503* ***M*** ‖ callisto—translati sunt] *habent* (*post titulum modo dictum* ***M***) *post 503* ***O V***

Coruus candidus in nigrum *post 533* (*sic*) ***M*** 11 coron(idā *i mg add m 2*) ***M*** 12 coronę fil. ***N*** ‖ itaque ***N V***, ita(q; *sscr m 2*) ***M***, illa *vulgo, cf ad 634, 19* ‖ aceruissimum ***O*** ‖ confissa ***M***, confixus ***N*** ‖ ergo] g/(c *eras videtur*) ***M*** ‖ ille *om* ***N*** 14 hac apollini ***N*** 15 matris *om* ***N*** ‖ abstulit *om* ***N*** 15*sq* ad achironem ***N*** 16 delatus ***N Hs*** ‖ est *om* ***N*** 17 medicandi ***N*** ‖ *in hac fabula multa evanida* ***N***

Coronis in cornicem *post 541* ***M*** 18 cor(u *ex* i *m 2*)o ***M*** ‖ nec ***M*** ‖ faceret ap. ***N*** ‖ cum ergo ***M***, cum enim ***N*** *vulgo*, cum igitur *V* ‖ mineru(a *i r*) ***N*** 19 erichthonium ***O***, erichthonium *V vulgo* ‖ quod ex ***N*** ‖ deciderat ***N*** 20 pandraso ***O V*** ‖ aglaucoque ***M*** 20*sq* cecropidis ***N***, cęcopdis (*sic*) ***M*** ‖ Cecropis filiabus] (Cecropis *om*) filiis *V* 22 corni(s *ir m 2*, ł cornix *i mg m 3*) ***M***, cornix ***N*** 23 dracone ***N***

divulgavit; quam ob rem dea eam a se alienavit. quae cum solitudine in litore oblectaretur, Neptunus procul conspecta Venere eius incaluit. cui cum vim adferret, ab eadem dea propter virginitatem tenaciter custoditam in avem cornicem conversa est, ita ut
fab 9 templo deae submoveretur Nyctimene, Nyctei filia, virgo Lesbia, nimia libidine effrenata in patris cubile se inplicuit ideoque adversantibus deis ob admissum cessit in noctuam. quod scelus ipsa nocturno tempore occultat et in luce visa ab omnibus volucribus
fab 10 petitur obnoxia Ocyroe, Chironis et Chariclus filia, contemptis patris artibus vesania futura praecinuit: infanti Asclepio praedixit, quod medicina mortuos ad superos educturus esset, ab avo fulminis ictum experturum; patrem quoque Chirona a serpentibus cruciandum cupidumque mortis ex deo in mortalium numerum venturum. quae cum esset elocuta, in equae cessit figuram, ne adversantibus fatis
fab 11 plura ederet quam praedicta Apollinis sinerent Apollo, Iovis et Latonae filius, cum pecus Admeti, Pheretis filii, pasceret, fistulae cantu solitudinem protegens, boves eius in agros Pyliae regionis progressae sunt, quas Mercurius avertit et in silva occuluit. quod cum Battus, Nelei filius, equas pascens vidisset, Mercurius vero, ut indicium premeret, ex armentis formosissimam vaccam ei concessit. at ille discedenti adfirmavit, lapidem proximum, quem vidisset, celerius quam se quicquam indicaturum. deus vero, ut mortalis fidem ex-

---

1*sq* solitudinem ***O*** 2 li(t *ex* c)ore ***M*** ‖ procul ea consp. ven. eius *Micyllus*, eius procul conspectae venere *Muncker* ‖ uenire ***N*** 5 admouceretur *V*, amoveretur *Muncker*

Nictinome in nociuā (*sic*) *post 588* ***M*** 5 Nyctimene *V*, Nyctinome ***M***, Nictimone ***N*** ‖ nictei ***M*** 7 ammissum ***O*** 9 ut noxia *Micyllus*

XI (*sic*) Ocyrhoe in equam *post 632* ***M*** 9 Ocyroe *V*, Ocyrohe ***M***, Ochyroe ***N*** ‖ Chariclus *Muncker*, charicte(ae) ***O V*** ‖ conceptis ***N*** 10 infantique ***N*** ‖ Aesculapio *Micyllus* 11 ad *om* ***M***, *add m* ‖ reducturus *Giselinus* 11*sq* ed. esset–experturum] *sic* ***M V***, ed. esset quodque esset ab auo fulminis experturus ictum (ictum exp. *edd*) ***N*** *vulgo*, ed. esset ab avo fulminis ictum experturus *Micyllus* ‖ auo/ ***M*** 12 chiron/ ***M*** ‖ a serpentibus ***O***, serpentibus *vulgo*, sagittis *V* ‖ cruciatum ***N*** 13 exdo$^{i^2}$ ***M***, exdo ***N*** ‖ (in *om*) mortalium num. inuenturum ***O V*** 14 in æq$^{e_i^2}$: ***M***, ineque ***N*** 15 plurima ***N***

XII Battum (*sic*) in saxum *post 676* ***M*** 15*sq* iouis filius et latonae ***N*** ‖ 17 bobes ***N*** ‖ agro ***M*** ‖ pile ***N*** 18 occu(l *ex* b)uit ***M*** ‖ cum *om* ***N*** ‖ 19 Nelei filius] *sic* ***O V***, *sed cf met II 688 sq* ‖ quas cum Battus Nelei silvis pascentes vidisset *Burm* 19*sq* vero ut ind. premeret ***O V*** *Muncker vulgo*, (vero *om*) ne ind. promeret *ed Lugdun 1518*, *an* verum ut i. prem.*?* 20 ei *om* ***N*** 22 deus autem ***N*** ‖ mortali idem ***N***

periretur, paulo post mutata figura ad eundem reversus est simulavitque se amissas boves quaerere et praemium promisit, si demonstrasset. at ille cum, sub quo monte pascerentur, ostendisset, Mercurius perfidia eius offensus in lapidem eum mutavit, qui ab eventu index circa Pylium vocatur Athenis virgines per sollemne sacri- *fab 12* ficium canistris Minervae ferunt pigmenta, inter quas a Mercurio eminens specie conspecta est Herse Cecropis filia. itaque aggressus sororem eius Aglauron precatusque, ut se Hersae sorori suae iungeret. at illa cum pro ministerio aurum eum poposcisset, Minerva graviter offensa est avaritia eius, ob quam cistulam etiam traditam sororibus eius custodiendam adversus suum praedictum aperuisset: Invidiae novissime imperavit . . . eam sorori Hersae exacerbavit diuque cruciatam saxo mutavit Cum Mercurius iussu patris in Phoenicen *fab 13* transgressus esset, ut armenta illius regionis ad litus conpelleret, Iuppiter in taurum conversus cum se armentis Agenoris regis inmiscuisset et in amorem sui spatiantes in harena virgines consistere coegisset, paulatim singulas adludens novissime Europam Agenoris filiam, cuius amore conpulsus averterat figuram, insidentem suo tergo per mare in insulam Cretam detulit ibique concubitu eius fruitus est·

---

2 se *om* ***N*** ‖ promittens ***N*** 3 sub // quo ***M*** ‖ pascerent ***N*** ‖ ostenderet ***N*** 4 quia ab ***N*** 5 pylium ***O V***, Pylum *Muncker*, Pylon *Raenerius* XV (*sic*) Aglaurus in lapidem *post 707* ***M*** 6 a Mercurio *om* ***N*** 10*sq* est *om* ***N*** ‖ ob quam—aperuisset] *sic fere* ***O V*** ‖ ob quam quod cistulam *ed Lugd*, ob quam et quod cistulam *Micyllus* 11 suum *om* ***N*** ‖ cum aperuisset *Hs* ‖ *lacunam statui* 12 imperauit (q̃^ *sscr* ***m***) ‖ eam ***O***, et eam *V* ‖ sorori Hersae exacerbauit ***M V***, sororis herses excer(b *vel* v)atam ***N*** ‖ (diuq *i r*)ue ***N*** ‖ imper. et eam sororis Hersae successibus exacerbavit *Micyllus*, imperavit, ut eam sorori Hersae exacerbaret *Muncker*, imp. eam sororis Herses exacerbare fortunio *Giselinus* 13 saxo ***O V*** *Muncker*, in saxum *vulgo*

XIII Iuppiter in taurum *post 832* ***M*** ‖ *exscripsit fabulam Mythogr Vat I 148 (p 47, 30 sq Bode)* 13*sq* Cum Mercurius—Cretam detulit] *exscr fere Myth Vat II 76 (p 100, 22 sq Bode)* ‖ phoenicē ***M***, phenicem ***N*** 14 tr(a *ex* c)nsgressus ***M*** 15 conuersus (est *s l m 2*) ***M***, conu.est ***N*** ‖ conu. est cumque *Myth Vat I et ed Colon* 15*sq* miscuisset ***N*** ‖ amore ***N*** 17 coegisset consistere ***N*** ‖ paulatim *vulgo*, ac paul. ***O V*** *Myth Vat I* ‖ singulis *Myth Vat I Giselinus*, ad sing. *Raenerius* 18 converterat *Hs* ‖ insident(em *i r*) ***N*** ‖ suo (si/bi *inde corr*) ***M***, sibi ***N V*** *vulgo* ‖ tergo sibi *Myth Vat II* 19 concubitibus ***N*** ‖ fruitus ***N***, fr(ui *i r*, *pro* i *fort* c *fuit*)tus ***M***, frætus (*sic*) *V*, functus *ed Lugd*, potitus *Micyllus*

LIBER III.

I Dentes draconis in homines.
II Actaeon, Aristaei et Autonoes filius, in cervum.
III Iuno, Saturni et Opis filia, in anum.
IIII Tiresias, Eueri filius, in feminam.
V Itemque in virum augurem et Echo, Iunonis filia, in vocem.
VI Narcissus, Cephisi et Liriopes filius, in florem sui nominis.
VII Liber pater, Semelae et Iovis filius, in Acoeten, idemque Liber pater in puerum.
VIII Tyrrheni nautae in naves et in delphinos.
VIIII Pentheus, Echionis filius, dilaceratus.

fab 1 Agenor rapta Europa fratres eius ad requirendam sororem dimisit, ita ut, nisi eam repperissent, ad se ne reverterentur, imperaret. Cilix diversas petit regiones, novissime constituit Ciliciam; nec minus Phoenix a nomine Phoenicen. Cadmus vero desperata spe visendi parentis Apollinis oraculum ingreditur sciscitans, in quibus partibus orbis consisteret. accepta itaque sorte, ut vaccam a grege secretam, quae lunae signum in latere haberet, ageret et, ubi fessa procubuisset, ibi statueret urbem, parens praecepto in eam terram devenit, quae postea a bove Boeotia est dicta. hic cum ad fontem Martis socios aquatum misisset et ille ibi venisset, ut vidit a dracone socios con-

---

Liber tertius ***M***, *nullus titulus* ***N*** ‖ *tituli fabularum fere iidem in* ***M*** *β, at priores litterae decisae in β* 5 Tiresias ***N*** *vulgo*, teresia ***M***, tiresia *V, periit vox in β* ‖ Eueri filius (*cf 644, 10; 646, 22*) *scripsi*, seueri fil. ***M*** *V*, siueri fil. ***N***, *om vulgo* 6 etho ***M*** 7 cephesi *β* ***M***, Ephesii *V* 8*sq* in Acœtē *V*, inacoen *β*, in coeten ***N*** ‖ Liber pater *om* ***N*** 10 *sic* ***M*** *V*, nauti naues *β*, nautae in aues ***N*** ‖ et (in *om*) delph. ***N*** 11 *numerum om* ***M*** ‖ penetheus ***M***, pantheus ***N*** ‖ ethionis ***M***, chionis ***N***

Dentes draconis in homines *β* ***M*** ‖ *exscr fabulam Myth Vat I 149 (p 47, 39sq Bode) et Myth Vat II 77 (p 100, 36sq B)* 12*sq* misit Cadmum, Cilicem (et *add Myth II*) Phoenicem *Myth Vat I et II* ‖ requir. dim. sororem ***N*** 13 ita (ut *ex* sit) i n ***M*** ‖ imperaret *Giselinus vulgo*, imperat *β* ***O*** *V*, *om Myth I et II* ‖ ac ut—imperat *coni Muncker* 14 regionis ***N*** ‖ ciliciam *i r m* ‖ constitit in Cilicia *Myth II* 15 a nomine ***M*** *V*, a suo n. ***N*** *vulgo* ‖ in Phoenice *Myth II* ‖ revisendi *Raenerius* 17 baccam (*corr β*) *β* ***N*** 20 a boue *V*, ab oue ***M***, abioue ***N*** *et cVat Reg 1401 Mythographi Vat I* ‖ boetia *β* ***O*** *V* 21 et ille ibi *β* ***O***, atqueille illuc *Giselinus vulgo*, et ille itidem *Vollmer* ‖ et cum etiam ipse illuc uisisset *V*, et ipse post illos venisset (*om Bode*) *cVat Reg 1401 Mythographi Vat I* ‖ ille *i e ipse, cf Bonnet Grég de Tours p 301* ‖ a *om* ***N***

sumptos, serpentem interfecit dentesque eius Minervae monitu humo sparsit. ex quibus armatorum multitudo progignitur, quae inter se domestico bello confligit, ita ut ex ea quinque relinquerentur, quia Minervae voluntate creandi populi, qui Thebis considerent, principesque essent. quorum nomina haec produntur fuisse Echion, Idaeus, Chromius, Pelorus, Hyperenor. Cadmo socii condendae urbis additi sunt Diana cum in valle Gargaphie aestivo tempore fatigata ex adsidua venatione se ad fontem perlueret, Actaeon, Aristaei et Autonoes filius, eundem locum petens ad refrigerandum se et canes, quos exercuerat, feras persequens in conspectum deae incidit; qui ne eloqui posset, habitus eius in cervum ab ea conversus est, ita ut pro fera laceratus a suis canibus sit Iuno suspectam Semelen, Cadmi et Harmoniae filiam, cum haberet, quod cum Iove concubuisset, in anum conversa est, ut se fallacia sine invidia cuiusquam ulcisceretur; ad eam venit persuadetque ei, ne alio Iovem apparatu recipiat ad cubile, quam solitus sit apparere Iunoni, quo ut illius auctoritas gravis, proinde ipsius concubitus insignis esset. quod cum impetravisset a cupiente, deus instructus tonitribus ac fulminibus domum Semeles ingressus est: tecta eius deceptae optatis flammis adurit Liberumque conceptum utero gravidae incendio eripit ac femore insuit suo. postea conpletis mensibus nymphis, quae Nysam montem Indiae perfrequentarent, clam tradidit nutriendum Iuppiter cum *fab 2* *fab 3* *fab 4*

---

3 *post* confligit *multa evanida in* ***N*** ‖ quia ***O***, *non constat de* β, qui *V vulgo*, quia a *Ehwald et Vollmer* **4** qui *om* ***N*** **4** *sq* principesque β ***O***, princeps (*sic*) *V*, principes *vulgo* ‖ parentes princ. *Vollmer* **5** echyon ***M*** **6** idaeus β ***M*** *V Myth I et II*, ideus ***N***, Udaeus (*ex Hygin fab 178*) *Raenerius vulgo* ‖ chromius β ***O*** *V Myth II*, Chthonius *Myth I vulgo* ‖ hyperenon β ***N*** *V*, hypereñ ***M***, Hyperbion *Myth I*, Hypereon *Myth II* **6** *sq* Cadmo—sunt *del Giselinus* ‖ hi Cadmo *vulgo*

II Acteon in ceruum *post 130* β ***M*** ‖ *excer fabulam ex parte Myth Vat II 81* (*p 103, 12 B*) **8** actheon β **10** feras persequens β *V*, ferens$^{as^2}$ pers. ***M***, per aspera sequens ***N***, cervos pers. *vulgo* **11** quod ne *Giselinus*, quae ne *Muncker* **12** lac. a suis c. sit β ***M*** *V*, lac. sit a can. (suis *om*) ***N*** ‖ a *om Hs*

III Iuno in anum *post 252* (*sine numero* ***M***) β ***M*** ‖ *excer fabulam Mythogr Vat I 120* (*p 38, 40 sq Bode*) **12** suspectatam β ‖ semelē ***M*** **13** Harmoniae *Muncker*, armoniae β ***M***, armonię ***N***, Hermione(ae) *V vulgo olim* **14** se falsissime inuidia cuiusquam ***N*** ‖ fallantia β **16** quam sol. β ***O*** *V*, quam quo sol. *Muncker vulgo* ‖ actoritas ***N*** **17** *sq* impetrauisset$^{[quisisset^2}$ ***M*** **20** concēptum β ‖ femori *ed Colon* **21** *sq* nisam β ***M*** ‖ perfrequentabant *Giselinus* ‖ nymphis—nutriendum] clam tradidit nutriendum nymphis quae nysam montem indiae frequentant ***N***

IV Tyresias in feminam (*numerum om* ***M***) *post 315* β ***M***

Iunone iocosius omissis omnibus iurgiis referens in coniunctione maiorem capere feminas quam viros voluptatem Tiresiam iudicem adeundum censuit, qui utramque naturam maris ac feminae fuerat expertus. nam quodam tempore cum serpentes concubitu haerentes baculo percussisset, in mulierem conversus fuerat ac rursus proximo vere eadem usus ratione ac tactu in virum cesserat. qui cum Iovis sententiam tutatus esset, damnata Iuno lusum in iracundiam vertit ac Tiresiam luminibus orbavit. pro qua iniuria, quod maius esset, *fab 5* Iuppiter futurorum ei scientiam tribuit Liriope nympha ex amne Cephiso Narcissum procreavit, cui Tiresias, Eueri filius, omnia prospera responso pollicitus est, si pulchritudinis suae nullam habuisset notitiam. hunc igitur Echo cum diligeret neque ullam viam potiendi inveniret, cura et sollicitudine iuvenis, quem extremis vocibus persequebatur fugientem, extabuit, eiusque reliquiae corporis in lapidem conversae sunt; quod ei incidit Iunonis ira, quia garrulitate sua eam saepe esset morata, ne Iuppiter in montibus persequens nymphas manifesto deprendi posset. fertur Echo filia Iunonis ob deformitatem montibus recondita, ne quid eius praeter vocem inspici posset; quae *fab 6* tamen post obitum auditur Narcissum autem supradictum ob nimiam crudelitatem, quam in Echo exhibuerat, Nemesis ultrix fastidientium in amorem sui inpulit, ut non minore flamma ille exureretur. qui cum ex adsidua venatione fatigatus secundum fontem in opaco procubuisset et hauriens aquam imaginem sui conspexisset et

---

1 ioco' suis ***M*** ‖ ioco, suis omissis omn. iurgiis *ed Colon* ‖ in coitu *ed Colon* 2 tyresiam (*sed* ty *i r* β) β ***M***, teresiam ***N*** 5*sq* conuersus ***M***, uersus β ***N*** *vulgo* ‖ proximo vere] *sed cf met III 326* 6 ac tactu *V*, hastaceu (*sic*) β, atactu ***N***, (b *eras*)a(c *i r*)tactu ***M***, attactu '*Valteriani codices*' *Muncker*, a tactu *fort verum* 7 in *om* ***N*** 8 teresiam β ***M***, tereseam' ***N*** ‖ pro *del Giselinus*

Itemque (Iteque ***M***) in uirum augurem *post 338* β ***M*** ‖ *exscr fabulam Mythogr Vat I 185* (*p 56, 20 sq Bode*) *et Myth Vat II 180* (*p 135, 18 sq*) 9 Lyriope ***M***, Aciope *Myth II* 10 Tiresias Eueri *vulgo*, tiresia (tyresia β) seueri β ***O*** *V* 11 responsu ***N*** 12 not(itiam *i r*) ***M***, noticiam β ‖ etho β 15 iunonis incidit ira ***N*** 17 deprehendi ***N*** 17*sq* fertur—eius] echo fertur filia iunonis et montibus erat recondita ne quid eius ***N*** 18 nēq. eius β ‖ Echo iVI (*sic*) in uocem (*titulus postpositus*) *post 355 in textu* ***M***

VI Narcissus (narcisus ***M***) in florem sui nominis *post 401* β ***M*** ‖ *exscr fabulam Mythogr Vat I 185* (*p 56, 30 sq Bode*) *et Myth Vat II 180* (*p 135, 28 sq*) 19 narcisum ***M*** ‖ autem *om* ***N*** 20 exibuerat β ***N***, exercuerat *Giselinus* ‖ ne me sis ***M*** ‖ 21 flamma atque illa *Giselinus vulgo* 21*sq* exureretur ***O*** *V*, ureretur *vulgo* 22 ex *om* ***N*** ‖ uen² atione ***N*** 23 aurieus (h *sscr m*) β ***O*** ‖ et imminens aquae *ed Colon* ‖ sui *om* ***N***

diutius ibi remoraretur, novissime tabuit, ita ut vita privaretur. ex cuius reliquiis flos exstitit, quem naides nymphae flentes casum fratris Narcissi nomine eius adnotaverunt **Pentheu , Echionis et** *fab 7* Agaues filius, in contemptum trahens praedicata Tiresiae auguris, ut in adventu Liberi Thebani hedera redimiti procederent ac sacra susciperent, prohibet suos parere monitis, quod negaret ex Semele deum proditum. confestim itaque famulis imperat, ut in conspectum suum Liberum vinctum attrahant. at ille ut vesanientem illuderet, versus in Acoeten ducitur vinctus et custodia clauditur **Acoetes** supra- *fab 8 9 10* dictus, Liberi comes, cuius sub imagine deus latuerat, eludens Penthea, indicat regi, quia ita exigeret, nomen genusque artis suae et quanta vis apparuerit in Libero, quo tempore petens Naxum in Tyrrhenos inciderat. ab his enim propter eximiam pulchritudinem captus pro praeda inpositus navigio. qui ut vidit in aliam se duci regionem, armamenta navis in feras ac serpentes convertit. quo prodigio exterriti Tyrrheni in pelago se praecipitavere ac in delphinos et aves se mutavere. post haec iterum custodia clauditur. quae cum sponte dei patuisset ac vincla manibus defluxissent, in montem Cithaerona digreditur ibique Agauen matrem eius alienatam furore adiuvantibus sororibus Ino et Autonoe inpellit, ut sacra proterentem sua interimat manu.

---

1 remoraretur *β V vulgo*, rememoraretur ***M***, moraretur ***N*** ‖ nobissime (*corr β*) ***β N*** ‖ tabuit ***O V***, intabuit *Myth II*, extabuit *vulgo* ‖ pribaretur *β* 2 naydes ***O*** ‖ nymphe *β* ‖ casum *s l* ***M*** 3 nomine *β*, nom̄ ***M***, nomen ***N V*** ‖ annotauerunt ***β O***, ad notauerunt *V*, insigniverunt *Burm*

Liber pater semele et (& *rubro*, c᾽ *inde corr m*) iouis filius in acoetē (acœ ten *β*) idemque liber pater in puerum *post 510 β* ***M***, *ipsa fabula periit in β* 3 ch̄ionis ***M*** 4 aga(h *ex* a)es ***M*** ‖ contentū ***M***, contemptu ***N*** ‖ tyresiæ ***M*** ‖ 6 suos pentheus parere ***N V*** 8 attrahant ***O V***, attraherent *Muncker vulgo* 9 Aceten *V*, a(ceten *i r m 2*) ***M***, acoen ***N*** ‖ dr̄ uinct᾽ *i r* ***M***, dūr *i mg m* ‖ et cust. *V*, et in^{2} custodia ***M***, et in cust. ***N***

VIII Tyrrheni naute in naues et in delphinos pentheus exionis (*sic*) filius dilacerat · dentes draconis in homines *post 576* ***M*** 9 Acetes ***M*** 11 regi nomen genusque artis suae, qua vitam exegerat *Giselinus* 13 inciderat *Giselinus vulgo*, incideret ***O V*** ‖ nimiam ***N*** 14 navigio] est *add V* ‖ impositusque navigio ut vidit *Micyllus* ‖ captum pro pr. et impositum nav. ut vidit *Hs* 16 thyrreni ***M***, tirreni ***N*** ‖ impelago ***M***, in pelago ***N***, in pelagu *V*, in pelagus *vulgo* ‖ in *om* ***N*** ‖ *cf Servius ad Aen I 67* 17 aues ***O V*** *vulgo, cf met III 678* ‖ mutauere *V*, mutare^{ue2} ***M***, mutasse ***N*** ‖ post hoc ***N*** ‖ ¯(*sed* q *i r m 2*) cum ***M*** 18 dei ***O V Muncker***, deo *vulgo olim* ‖ uincula ***N*** 19 furorem ***N*** 20 inoo et aut. ***M***, ine autunoe (*sic*) ***N***

LIBER IV.

I Dercetis, Nini regis filia, in piscem cessit.
II Semiramis, Dercetis filia, in columbam.
III Pyrami et Thisbes cruor in arborem morum.
IIII Leucothoe, Orchami regis filia, in virgam turean.
V Clytie, Orchami coniunx, in herbam heliotropium.
VI Daphnis, Idaei filius, in saxum.
VII Sithon ex viro in feminam.
VIII Ex imbribus procreati Celmus et Adamans.
VIIII Crocus et Milax famuli in flores.
X Salmacis et Hermaphroditus in unum corpus.
XI Minyeides Thebanae in vespertiliones.
XII Ino et Melicertes di maris Leucothea et Palaemon.
XIII Spuma maris in Venerem.
XIIII Sidoniae comites Inus in saxa et in aves.
XV Cadmus et Harmonia in dracones.
XVI Guttae Medusae in serpentes.
XVII Atlans, Iapeti filius, in montem sui nominis.
XVIII Virgae subiectae capiti Gorgonis in curalium.
XVIIII Medusae crines in serpentes.
XX Nais nympha in pisces.

fab 1 2 3 Thebis cum Tiresias, Eueri filius, diem festum sacrorum Liberi edixisset, Alcithoe, Minyae filia eiusdem civitatis in eodem permansit iudicio, quo Pentheus, cum sororibus, quae lanae potius operandae

---

Incip̄ liber quartus *M*, Incipit liber IIII *post seriem titulorum* *N* 2 piscen *M* 3 Sameramis *M* 4 Pyrami *V*, Pirami *O* ‖ crior *M* 6 Celitię *N* ‖ Clytierchami (*sic*) *M* ‖ eliot' *N* 7 idei *O* ‖ filia *N* 8 Siton *M* 9 imbrius *N* ‖ celm̀ (*i e* celmus) *M*, Celmus *V*, celmis *N* ‖ adamans *M*, adamas *N*, adamas *V*, 11 hermafroditus *M* 12 Minides *M V*, Minyides *N* ‖ uespertilliones *N* 13 leucothea(r *pro* n *add*) *M*, Leucotheaque *V* ‖ 14 Spumaris *N* 15 comite sinus *M* ‖ et aues *N* 16 armonia 18 Atlans *M*, Atlas *N*, Athlas *V* ‖ sui nominis *N V*, *om M*, *sed cf 642, 7 alia* 19 Gorgonis *V*, gorgoris *M*, gorgonae *N* ‖ curalium lapidem *N* 21 Nays *N* ‖ pisces *O*, piscem *V vulgo*

Dercetis nini regis filia in piscem (ūsa *atro add m 3*) *post seriem titulorum* *M* 22*sq* tiresia (tyresia *M*) seueri *O V* ‖ sacr. festum *N* ‖ liberiæ dixisset *M* 23 Minyae *Muncker*, miniae *N*, minæ *V*, minalę *M* ‖ eius *N* 24 quae *om* *N* ‖ operandi *N*

studio quam sacrorum adesse volunt. itaque rogata est, ut inter opus lanificii referret fabulas, quibus oblectarent adsuetum laborem; dubitat, an de Babylonia, quae in piscem conversa sit, an de filia, quae cessit in columbam, an de naide nympha, quae similiter cessit in piscem, an etiam de ea arbore, cuius poma albi coloris in sanguinem cesserunt Pyramus et Thisbe urbis Babyloniae, quam Semiramis *fab 4* regina muro cinxerat, et aetate et forma pares, cum in propinquo habitarent, rima parietis et conloquii et amoris initia inter se pignerati sunt. constituerunt itaque, ut a matutino ad monumentum Nini regis sub arborem morum convenirent ad amorem. et cum celerius sub lucem Thisbe, nacta occasionem, ad destinatum locum venisset, conspectu leaenae exterrita abiecto amictu in silvam refugit. at fera a recenti praeda cum ad fontem vicinum tumulo sitiens decurreret, relictam vestem cruento ore laceravit. post cuius discessum Pyramus cum eundem venisset locum et amictum sanguine adspersum invenisset, existimans a fera consumptam, ferro se sub arbore interfecit. deinde Thisbe deposito metu, cum eundem fuisset reversa locum et conperisset, se causam mortis adolescentis exstitisse, itaque, ne diutius dolori superesset, eodem ferro se traiecit. quorum cruore morus arbor adspersa, quia foedissimi spectaculi fuerat inspectrix, poma, quae gerebat alba, in conscium vertit colorem Sol praela- *fab 5*

---

1 est *habent β O V, del Muncker vulgo* 3 babillonia ***M*** ‖ Babylonia] derceti dicat *add* ***N*** *vulgo*, dirceti filia dicat *V* ‖ pisce$^{\bar{2}}$ ***M*** ‖ conu. est ***N*** 5 sanguineum *Muncker vulgo* 6 cesserint ***N*** ‖ de qua, quoniam trita non erat, his incipit *addunt edd* II Docet an de babyllonia derceti filia o (*sic*) dicat quae in piscem uersa erat (Sameramis in columbam *rubro adscr*) *post 44 in textu* ***M*** III Filiam quoque eius quae in columba (*sic*) mutata fuerat sam(i *ex* e *per ras*)ramis in columbam *post 46 in textu* ***M*** IIII An etiam de nympha naide quae iuuenes propter libidinem suam solita erat in pisces inmutare et ipsa in eundem casum recciderit *post 48 in textu* ***M***

Pyrami et thisbes cruor in arborē morū *post 54* ***M*** ‖ *post hunc titulum in textu haec add* ***M***: V An de ea arbore cuius poma albi coloris in sanguinem cesserint · de qua qm̄ trita non erat his incipit ‖ *sequitur sine spatio fabula 4* ***M*** 6*sq* babilloniae ***M*** ‖ sem. regina muro ***N***, sem. regina muro ***M*** 8 rimam ***N*** ‖ initi(a *add m 2*) ***M*** 9 a matutino ***O*** *V*, a *om Muncker vulgo* ‖ mat. ad monumentum^{2} nini regis ***M*** 10 amorem perficiendum ***N*** 11 occasione ***N*** 12 cum conspectū ***N*** 15 eodem uen. et ***N*** 15*sq* aspersum sanguine ***N*** 17 eundem ***M***, ad eundem ***N*** *V vulgo* 18 itaque ***M***, *om* ***N*** *V vulgo, sed cf ad 634, 19* 20 quia ***M*** *V*, quae ***N*** *vulgo* ‖ foedissima ***M*** 21 in sanguineum *Raenerius*, in conscium sanguineum *Micyllus*, in puniceum *Muncker* ‖ *pagina curtata, multa perierunt in hac fabula* ***N*** ‖ *haec nova fabula addita est in* ***N*** Iuno

tam Leucothoen ex Eurynome et Orchamo, Achaemeniae principe, origine Beli genitam, Clymenae ac Rhodo, Circae matri et Clytiae, quarum pulchritudine ante sollicitum animum egerat, dilexit. et cupiens, ut in antedictis, cupiditatem sedare, in speciem matris puellae Eurynomes conversus virginem deceptam dolo vitiavit. cuius adulterio Clytie incensa, qua nondum satiatus erat Sol, parenti puellae indicavit. quam ille cum terrae defodisset, vitiator admissi misericordiam exhibens, diducto solo, cui subiecta fuerat, pro ea virgam tinctam nectare, quae gratissima diis hominibusque esset, extulit, quae turea *fab 6* appellatur. hoc Hesiodus indicat Clytie, nympha supradicta, ob iniuriam, ante dilecta, ab amatore deserta, ita tenuata visceribus est, ut in herbam converteretur, quae primum conservans amorem dei *fab 7 8 9 10 11* heliotropium diceretur cursumque servaret eiusdem dei Adicit quoque nec de Daphnide Idaeo pastore dictura, qui quod fidem coniugii non praestiterit, abierit in saxum, nec de Sithone, qui ex viro in feminam cesserat; neque etiam casus relatura Celmi aut Adamantis Curetumque, qui ex imbribus sint procreati; nec aut de Croco aut

---

cum impraegnari non potuisset, medicamine cuiusdam herbae accepto concepit et peperit uulcanum · inde dicitur iunonigena.

IV Leucothoe in uirgam turcam *post 166 M* 1 leucotoen *N* ‖ eurinome (*sed* e *alterum add m*) *O*, Eurymone *V* ‖ Achaemeniae *vulgo*, achemenido *M*, achemenidon *N*, Achemenide *V* 2 ab origine *Raenerius* ‖ belli *V* ‖ climene *N* ‖ Circae matri] *cf met IV 205* ‖ circae *O*, Circe *V*, Circes *vulgo* ‖ clitię *O* 3 gesserat *Muncker* 5 euronomes *O*, Eurimones *V* 6 sol erat *N* ‖ cui ante Sol sociatus erat *ed Colon* 7 uitiatorem *N* ‖ ammissi *M*, amissi *N* 8 deducto *N* 9 nectare grauissima de his omnibus que esset *N* 10 hoc et *N*

V Clytię archami (*sic*) coniunx in herpam (*sic*) heliotropium *post 255 M* 10 Clytiæ *M* 11 ante dilecta *O V*, *om Muncker vulgo* 13 eliotropium *N* herba^{3}

Daphnis idei filius in saxum *post 270 M* 13*sq* Adicit—qui quod] *sic O V* ‖ *varie haec interpolata sunt ab editoribus velut sic*: His narratis praeterire se dicit vulgares amores Daphnidis Idaei pastoris, qui quod *ed Colon*, Postquam Leuconoe narrare desiit, poscitur Alcithoe; quae narrationem incipiens ait se non dicturam de Daphnide Idaeo pastore, qui quod *Muncker* 14 nec *Ehwald*, *om O V vulgo* ‖ lapnide *M*, dampnide *N* ‖ idō *M* ‖ qui quia *V* 15 in s. abierit *N* 15*sq* nec de—cesserat] *habent post 278 M V*, *om N* ‖ Sython ex uiro in feminam *post* cesserat *rubro add M* ‖ scythone *V* Ex imbribus procreati celmus et adamans *post 280 rubro M* 16*sq* neque etiam—procreati] *post titulum modo dictum habet M*, *habet titulo non praeposito V*, *om N* Crocus et milax famuli in flores *post 282 rubro M* 17*sq* nec aut—versi sunt] *haec post titulum modo dictum habet M*, *habet titulo non praep V*, *om N* ‖ nec aut de *vulgo*, sed aut de *M* vel aut de *V* 18*sq* aut milace *M*, aut Similace *V* ‖ sint *V* Salmacis et hermafroditus in unum corpus *post 283 rubro M*

Smilace, qui in florem versi sunt; refert quoque Salmacidem fontem Cariae, cuius liquore contacti in mollitiem versi defigurentur. Mercurius cum ex Venere qui duplici figura Hermaphroditus vocatur genuisset eumque naides nymphae in Ida monte educavissent, relictis sedibus in Cariam venit. hic conspicato fonte opacissimi soli ac perlucentis aquae cursum continuit. quo diutius eo loco morante Salmacis naidum dum flores legit conspicatis vestigiis diligere coepit. qui paulatim circa montem Nonacrinum moratus, dum blanditia liquoris precibusque tenetur nymphae, fonte se mersit ac confestim amplexu naidis inhaesit nec ante ab ea dimissus est, quam ab ea impetrasset, in unam ut cederet speciem. data itaque venia Hermaphroditus, postquam se animadvertit nec virum nec feminam factum, a parentibus impetravit, ne infamis solus esset, ut, quicunque eius fontis aqua contactus esset, perinde ut ipse mollesceret Minyei- *fab 12*
des Thebanae sorores fuisse produntur, quarum sollertissimae Leucothoe et Leuconoe, quod Liberi sacra in contemptum devocaverint, Minervae lanificio addictae ex inproviso die numinis vocibus tibiarum et tympanorum exterritae sunt, quae in conspectu non viderent. et ut animadvertere telas instrumentaque sua in hederam ac vites repente mutata et locum adsuetum feris repletum noctemque obfusam timentibus, in volucres conversae sunt, quae vespertiliones vocantur

Iuno graviter ferens, quod Ino, Liberi altrix, sororibus punitis *fab 13*
cum duobus remaneret liberis in vita contemptrix numinis sui, per

1 refert quoque] *haec et quae sequuntur usque ad finem fabulae post titulum modo dictum habet M, sine titulo habet N* ‖ salmacidis fonte *N* 2 in *om N* 3 hermafroditus *M* 4 eum quē (*i e* quem) *O*, enim quem *V* ‖ inidę *N* 5 opacissimo *N* 7 *sic O V Muncker*, salm. una (*sed cf XIV fab 16*) *vulgo olim* ‖ naydum *O*, naiadum *V vulgo* ‖ dum *om N* ‖ dil. coepit *O V*, dil. eum coepit *vulgo* 8 cui paulatim *N* ‖ nonagrinum *M* ‖ qui circa fontem paullulum moratus *Micyllus*, qui circa f. cum Caricum *Muncker* 9 precibusque nymphae teneretur *N* 10*sq* conspectu *N* ‖ nayd(i *ex* e)s *M*, naydum *N* ‖ ab ea *O*, a diis *V vulgo* ‖ coederet *M* 11*sq* hermafroditus *M* 12 femina *N* 13 perientibus (*sic*) *N*

XI Myniides (Minides *β*) thebane in uespertiliones *post 388 β M*

14*sq* Minyeides *Hs*, Miniides *β M*, Minyides *N*, Minides *V* 15 produnt *β* 15*sq* leucothoe *β M V*, leucothoe$^{\text{alcithoe}^2}$ *N*, Alcithoe *vulgo* ‖ *scriptor erravit, non scriba, cf met IV 196 274* 17 lanifitio *β* ‖ die numinis *om ed Colon, sed cf met IV 4* 18 quae tamen—viderant *Micyllus* 18*sq* et ut animaduertere *N V vulgo*, et unima aduerteretur *β*, et ut anim/ aduertere// *M* 19*sq* suā *β* ‖ uitis *N* ‖ mutata repente *N* 20 completum *Muncker* ‖ (e *ex* o)ffusam *M* 21 ipsis tim. *Raenerius* ‖ uespertilliones *N*

XII Ino et melicertes di maris leucothea(r *pro* n *add β M*) et palemon *post 415 β M* 22 //beri *β*

Taenarum promunturium Peloponense inferorum sequens iter ad Erinyas ultrices inpiorum descendit petiitque ab eis, ut Athamanta cum coniuge Ino, adversarios numinis sui, ulciscerentur. quarum una imperio parens deae relicta regia Ditis ad superos egressa est. ut Athamantis regiam contigit, in sinum eius ac coniugis angues et virus, quibus sensus eorum alienarentur, iniecit. quam ob insaniam ille Learchum filium in venatione pro fera interfecit, Ino autem Melicerten ex scopulo secum in profundum praecipitavit. qui Veneris precibus pro nepote habitis a Neptuno pelagi rectore in deorum cessere numerum, ita ut Melicertes Palaemon, ipsa Ino Leucothoe
fab 14 inter marinos deos nuncupetur Refert quoque Venerem petisse a Neptuno de Ino et Melicerte, ut in numerum deorum referat. significat enim Venus se in undis esse creatam, quo facilius moveret
fab 15 Neptunum Comites Inus, quod desiderio reginae adfectae casum eius maerentes defleverant, ob eandem iram Iunonis cum praecipitare se destinassent, ne pari honore a Neptuno excipi possent, in saxa et
fab 16 aves effecit ut transfigurarentur Cadmus Agenoris filius, postquam inspector fuerat suarum calamitatum in exitu neptium, perosus Thebarum sedes cum Harmonia, Martis et Veneris filia, coniuge sua, in Illyricos profugit. ibi petita venia a deis in draconis speciem convertitur, qui initio mali causa fuit. vota eius expleta sunt: in dracones

---

1 promunctorium (*cf ad met XV 709*) *β M*, promuctorium *N*, promontorium *V* ‖ peloponense *β*, peloponnese *V*, peloponnense *Muncker*, pelopenense *M*, pelopensi *N*, Peloponnesi *Micyllus* 1*sq* aderenias *β*, ad aerinas *M*, aderemas *N*, ad Erinnes *V* ‖ ultricis *N* ‖ pe/itque *β* 4 regiam *N* ‖ dictis *β* ‖ egressa, ut *Micyllus* 5 tetigit *N* ‖ aconiugis *β* ‖ ac uirus *N* 7*sq* melicerten (eum *sscr β*) *β N*, melicertē *M* 8 excopulo *β* ‖ se in *β* ‖ profundo *N* 9 nepotibus *Muncker* 10 leucothoe *O β V*, Leucothee (*cf ad 649, 15sq*) *vulgo* ‖ *an legendum sit met IV 542* Leucothoeque *dubito, cf Prop II 26, 10 et 28, 20* 11 nuncupetur *M*, nuncupentur *β N V*, nuncuparentur *ed Colon*

XIII Spuma maris in uenerem *post 530 β M* 12 et *om N* 13 in his undis *N*

XIV Sidoniae comites inus in saxa et in aues *post 542 β M* 15 defluerant *N* 16 possent saxa et in aues *N* 17 effecit (iuno²) *M*, efficit *β* 13 trans figuraretur *β*

XV Cadmus et armonia in dracones *post 562 β M*, *sed* (e *i r m 2*)rm(io-*i r ex corr*)na *M* ‖ *descripsit fabulam ad verbum Mythogr Vat I 150* (*p 48, 17 sq Bode*) 17 agenoride (*corr*) *N* 18 calamitantium *N* ‖ nepotum *Myth Vat Muncker* 19 sedis (*sed* e *ex* i *m*) *β O* ‖ Harmonia *V Muncker*, armonia *β N*, arm(iona (e²) *i r m 2*) *M*, hermiona *Myth Vat* 20*sq* illyricos *V*, illiricos *β N*, iliricos *M*, Illyrios *Micyllus* ‖ a *om N* ‖ deis—convertitur] *sic M V*, deis ut—conuerteretur *N Myth Vat* 21 (in) initio *β* ‖ vota coniugis *Ehwald* ‖ vota sunt impleta *Myth Vat* ‖ in dracones] in serpentes ambo *Myth Vat*

versi sunt Perseus, Iovis et Danaes filius, missus a Polydecte ad Medusae caput perferendum, quae adspectu suo obvios in silicem convertere solebat, Minerva adiutrice evicit propositum laborem et intercepto Phorcydum lumine, quae invicem custodias Gorgonum agebant, adspectum caput Medusae rettulit. ex sanguine autem, qui Perseo per Africam iter faciente stillaverat, genus serpentum est procreatum. utero autem eiusdem Medusae equus Pegasus cum pennis exiit Atlans Iapeti et Pleionae filius a Themide, quae initio antistes deorum erat, responsum accepit, ne quem hospitio ex progenie Iovis reciperet, si vellet hortum, quo poma aurea erant, custoditum habere. quam ob causam cum Perseo fatigato ex adsiduo cursu requiescendi hospitium negavisset eumque viribus propelleret, ille elatum caput Gorgonae ei obiecit. quo viso in montem pari nomine est versus, cui ultimis Africae locis mundus iniectus est Perseus per Aethiopiam iter faciens, postquam Andromedan propter superbiam matris, quae se nympharum pulchritudini praetulerat, saxo alligatam ac marinae beluae obiectam vidit, captus specie eius exarsit pactusque a Cepheo et Cassiopia parentibus virginis, ut sibi matrimonio cederent, si beluam interemisset, voti itaque compos est factus. interfecto igitur monstro cupiens requiescere, ne

fab 17

fab 18

fab 19

---

1 conuersi ***N*** ‖ *tautologiam notat Muncker*

XVI Guttae medusae in serpentes *post 603* ***β M*** ‖ *partim exscr fabulam Myth Vat II 112 (p 112, 39sq B)* **1** apoli decte ***β*** **2** obvios (*cf 652, 8*) *Muncker*, oculos ***β O V*** ‖ *an erravit scriptor? cf met V 179* **3** emisit ***N*** **4** intercepto gorgones filiae phoroi phorcidum (*sic*) lumine ***N*** ‖ Phorcydum] ***β O V***, Gracarum *add vulgo* **5** agebant *vulgo*, alebant ***β M V***, habebant ***N*** ‖ absectum *ed Colon*, abscissum *Raenerius* ‖ e sang. ***N V vulgo*** ‖ iter fac. per africam ***N*** **6** (s *add m 2*)tillauerat ***M*** **7** utero ***M***, ab ut. *Micyllus* ‖ eiusdem ***β N V***, huius ***M*** *vulgo* ‖ pesagus ***β*** ‖ exit ***V***

XVII athlans iapeti (iappeti ***M***) filius in montem sui *post 620* ***β M*** ‖ *priorem partem fabulae exscr Myth Vat II 114 (p 113, 33sq B)* **8** atlans ***N***, at(h)las ***β M V*** ‖ iappeti ***M*** ‖ Pleionae *vulgo*, peione ***β M***, pelonae ***N***, hleiões (*sic*) ***V*** **9** antistites ***M*** ‖ erat *om* ***N*** **10** acciperet ***N*** ‖ in quo *Micyllus* **11** erant *om* ***M*** **12** requiescenti (*i e requiescere volenti*) *Muncker* **13** latum ***N*** ‖ Gorgonae *Muncker*, gorgone ***O***, gorgonei ***β***, Gorgonis ***V*** *vulgo olim* **14** est *om* ***N***

XVIII Virge subiecte capiti gorgonis in curalium *post 662* ***β***, (*numero omisso*) Virgae subiectae gorgonis capiti in curalium *item post 662* ***M*** **15***sq* Perseus—interemisset] *exscr Myth Vat I 73 (p 24, 36sq Bode)* ‖ andromedan ***O***, Andromedā ***V***, Andromedam *vulgo, non constat de* ***β*** **17** illigatam ***N*** **19***sq* matr. cederent ***O***, matr. eam ced. ***m*** *vulgo*, m. eam darent ***V***, *non constat de* ***β*** ‖ cederet *Vollmer* ‖ uoti itaque comp. (*non constat de* ***β***) ***O***, uoti comp. *Raenerius vulgo*, uotique comp. ***V*** ‖ *de apodosi cf ad 634, 19*

caput Gorgonis laederet, virgulas lectas in litore subiecit. et hae super induruerunt, ita ut adeptis radicibus sanguinei coloris mari ut
fab 20 arbusculae nascerentur, quae nomen haberent curalium Medusa Gorgo cum propter pulchritudinem a pluribus peteretur, coniugium Neptuni effugere non potuit. quae quod in templo Minervae cum eo concubuit, propter religionem loci, quam obtriverat, crines eius in serpentes ab eadem dea sunt mutati, ut, quae petita initio a plurimis procis esset, obiecta deformitate obvios in fugam verteret.

---

1 et his ***N*** 2 super (*non constat de* β) ***O V***, subter *Micyllus vulgo* ‖ in mari *vulgo* 3 quod n. habet ***N***

XIX Medusae crines in serpentes *post 752* β ***M*** ‖ *excer fabulam Mythogr Vat I 131 (p 42, 17sq Bode) et Myth Vat II 112 (p 112, 33sq B)* 4 peterent β 5 cum ea ***N*** 6 qu/(a *ex corr i r*) obtr. ***M*** 7 ab eadem dea in serp. ***N*** 7*sq* a pluribus processisset β ‖ (es *i r*)set ***M*** 8 abiecta ***N*** ‖ verteret quos serpentes in aegide portat Pallas, ut hostes terreat (terrant *V*, *sic*) *addunt V vulgo, om haec* β ***O***

LIBER V.

I Phineus et socii eius in saxum.
II Polydectes in lapidem.
III Musae in aves.
IIII Cyane in fontem.
V Steles puer in lacertam.
VI Ascalaphus in bubonem.
VII Sirenae ex parte in aves.
VIII Arethusa in fontem.
VIIII Lyncum regem in lyncem.
X Pierides in picas.

Andromedan, Cephei et Cassiopes filiam, in Aethiopia propositam beluae marinae Perseus, Iovis et Danaes filius, Medusae Gorgonis caput ferens paciscitur coniugem, si eam periculo liberasset. causa autem prostituendae exstiterat ob Nereidum iram, quarum pulchritudini mater se praetulerat. perfecto igitur a Perseo pollicito cum fides promissa a Cepheo esset praestita et nuptiarum coniugalium epulis regalibus principes interessent, Phineus, Cephei frater, cui Andromeda ante desponsata fuerat, contumeliam sibi existimans gravissimam iniunctam, quod advenae consanguineus postpositus esset, vescentium animos pugna confudit. et cum res miserabilis dimicantium ageretur in regia ac multi ex utraque parte armis, quae casus obtulisset, cecidissent, novissime Perseus praetimens multitudinem adversariorum imperavit, ut discederent ex conspectu sui, caputque

fab 1

---

liber quintus ***M***, liber quintus incipit *β*, Inciꝑ lib V̊ *post titulos* ***N*** ‖ *numeros tilulorum om* ***N*** 2 socii eius transfigurati in s. ***N*** 3 Polidectes *β* ***O*** 6 Steles *β* ***M V***, *om* ***N***, Stelles *vulgo* 7 in auem bub. ***N*** 8 Sirenæ ***V***, Sirene *β*, Syrene ***M***, Sirenes ***N*** 10 Lincum *β* ***O*** ‖ lincem ***N***, lincam *β*, lineam (*sic*) ***M*** 11 picos ***N***

titulus fabulae non praepositus β ***M*** 12 Andromedan ***M***, *om* ***N***, *non constat de β*, Andromedā ***V***, Andromedam *vulgo* 13 uelte mar. ***N*** 14 paciscitur ***N V***, pascitur *β* ***M*** 15 prostituendae[obiciendae²] ***M*** 15*sq* pulchritudine ***N*** ‖ mater *om* (*scr m*) *β* ***O*** 16 ig. a Perseo ***V*** *vulgo*, ig. perseo ***M***, ig. perseus *β* ***N*** ‖ *an hoc verum et lacuna statuenda sit dubito* 17 cheopeo ***N*** 18 phyneus *β* ‖ Cephei] *sic β* ***O V***, *om vulgo* 19 desponsata *β*, dispōsata ***N***, disposita ***M*** 20 iniunctam] fieri *Raenerius*, inustam *Muncker* 21*sq* vi dimic. *Advers X 8 Barth* ‖ dimicantium[pugnantium²] ***M*** ‖ agerent *β* 23 praetimens *β* ***M V***, pertimens ***N*** *et c coni Micyllus vulgo*

Gorgonis extulit, quo viso Phineus cum auxiliantibus deriguit in saxum. nomina autem eorum sunt: Thessalus, Ampyx, Nileus. Aconteus autem Persei miles dum prospicit dimicans per inprudentiam aspecta Gorgonis specie perinde in lapidem cessit. item Astyages, Rhoetus, Indus Athis, Phorbas, Amphimedon, Actorides Erytus, Polydegmon, Abaris, Lycetus, Helix, Phlegyas, Clytus, Idas, Clymenus, Prothoenor, Hypseus, Lyncides, Emathion, Chromis, Broteas, Telames, Epytus, Lampetides, Pedasus, Lycormas, Pelates, Corythus, Abas, Menaleus, Dorylas, Halcyoneus, Clytius, Clanis, Aethion, Agyrtes, Molpeus, Echemmon. item in lapides Thescelus, Ampyx, Lyncides, Nileus, Eryx. novissime Phineus et ipse cum sociis deriguit in saxum Polydectes rex insulae Seriphi, ad quam Perseus cum

fab 2 (3 Muncker)

1 deriguit β, d(i *ex* e)riguit ***M***, diriguit ***N V*** 2 thesalus β ‖ amphix β ***M*** 4 aspectā g. specie ***M***, aspectam g. spetiæm β 4*sq* perinde *Vollmer*, proinde β ***O V***, *cf 649, 14* ‖ astiages β ***M*** 5 rhoecus β ***N*** ‖ Indus β ***O V om vulgo*** ‖ athys ***N***, Atys *vulgo* ‖ Actorides β ***O V***, *om vulgo* ‖ fritus β, Phritus *V*, Erithus *Micyllus* 7 Polydegmon (*cf met V 85*) *scripsi*, polidemon β ***O***, Polymedon *V*, Polydaemon *vulgo* ‖ arabim β ***M*** ‖ licetū β ***O***, Licetus *V* ‖ Helix (*cf met V 87*) *scripsi*, helice β ***M V***, helicem ***N***, Elyces *vulgo* ‖ phlecias β ***M***, phlecatis ***N*** ‖ clit/us ***N*** ‖ clymeneus β *V*, climeneus ***N***, olimeneus ***M*** 7 prothenor β***M***, Protēor *V* ‖ hipseus β ***M*** ‖ lincides β ***M***, licides ***N*** ‖ Chromis (*cf met V 103*) *vulgo*, Cromis *V*, charomis β ***O*** ‖ protea ***N***, prothea β ***M***, Proteus *V* ‖ Telames β ***O V***, Ammon (*V 107*) *Ovidius* 8 epytus ***N***, epitus β ***M V***, Ampycus (*met V 110*) *Ovidius* ‖ lampetides β ***M***, iampetides (*ut videtur*) ***N***, Iapetides *V* ‖ Pedasus (*V 115*) *Ovidius*, pepalus β ***O V***, Pettalus *vulgo* ‖ licormas β ***O V*** ‖ Pelates] *sic* β ***O V*** ‖ corinthus β ***M***, Corinthius *V* 9 dorilas β ***M V*** ‖ alcioneus β ***M V*** ‖ clytius ***N***, clycius β, clitius ***M***, Clicius *V* ‖ clanius β ***M V*** ‖ ethion β ***M***, echiō *V* ‖ agirtes ***M V*** 10 Molpheus *V* ‖ echēmon β, ethēmon ***M***, echenion *vel* echemnon ***N***, Ethemon *V vulgo* ‖ item in lapides] *sic* β ***O V***, in lapides autem versi sunt *vulgo* ‖ Tessalus *V* ‖ ampix β ***M***, Amphix *V* ‖ lyncides (*sed cf supra lin 7*) ***N***, lincides β ***M*** ‖ erix β ***M*** ‖ *post hanc vocem inserunt* (*omissis quae sunt lin 2sq* Thessalus—Astyages) *edd haec*: Aconteus autem Persei miles, dum per imprudentiam dimicans prospicit Gorgonis speciem, proinde in lapidem cessit. *ut aliena a* β ***O V delevi*** 11 et *om* ***N*** ‖ diriguit ***N V*** ‖ cum ducentis aliis sociis diriguit *sine ulla fide librorum vulgo* *quae sequitur in edd fab 2 non exstat in* β ***O V***. *ipse damnat eam his verbis Muncker*: '*Hoc argumentum nec Ms. nec Veneta vel Micylliana agnoscunt. nec miror. est enim ad verbum descriptum ex Regianis commentariis et pro Lactantiano a Raenerio nobis obtrusum*'. *en fabulam a Raenerio confictam:* Perseus Atlantis pronepos, votorum compos, cum coniuge Andromeda Argos patriam suam adiit Proetumque pulso Acrisio fratre, ipsius Persei avo, regnantem ostenso Medusae capite in lapidem vertit avoque licet immerito (ipsum cum Danae matre arcae impositum in mare proiecerat) regnum restituit.

II Polidectes in lapidem *post 235* β, (*sine numero*) Polide(c *atro inseruit m 2*)tes in lapidem *item post 235* ***M*** 12 Poli(y)dectes ***N V***, Polidetes ***M*** ‖ Seriphi *V*, serephi β ***O***

Danae matre inclusus arca pervenerat, cupiens ablegare arbitrum, ut matre eius libere potiretur, ad Gorgonis Medusae resecandum caput eum misit. quod ille Minerva volente ad Polydecten pertulit infitiantique laborem operis ostendit, ac prius ille eo diriguit quam se ulcisceretur Musae cum Parnasum montem petissent, adversis tempestatibus, invitatae a Pyreneo, qui Daulida, Phocidis urbem, incolebat, tecta subierunt. qui pulchritudine captus virginum, cum regiam claudi imperasset ad vim inferendam, ne cupiditatem eius experirentur, in volucres conversae sunt. quas ille dum per ardua montium persequitur, prolapsus altitudine scopulorum praecipitatus est, ita ut toto corpore elideretur vitamque finiret Venus indignata, quod et Diana et Proserpina, Cereris filia, numen suum coniugiaque adspernarentur, Ditem, qui territus viribus Typhonis moventis Aetnam, cui subiectus a dis erat, cum ab inferis emersisset, inpulit in amorem, uti Proserpinam circa Pergum lacum Hennae flores legentem cum Minerva atque Diana raperet. qua capta, cum properanter curru fugeret, a Cyane nympha, quam dilexerat Anapis amnis, intercedente tardatus est. at ille incensus ira propter moram intercedentis relecto sceptro inter stagna discussit undam, praecepsque mari mersus Cyanen, quae currui obstiterat, in liquorem sui nominis vertit, cuius lacus contiguus Arethusae videtur Ceres cum orbem terrarum peragrasset, aestu torrida ad casam cuiusdam anus nomine Mismes

fab 3 (4)

fab 4 (6)

fab 5 (7)

---

1 ablegari ***N*** 2 eius ***M V***, illius ***β N*** *vulgo* 3 polidecten ***β***, polideten$^{c^2}$ ***M***, polidectem ***N***, Polydectē ***V*** ‖ infitiantique$^{neganti^2}$ ***M*** 4 diriguit ***β M V***, derigens ***N***

III Musae in aues *post 249* ***β M*** 5 parnasum ***M***, parnassum ***β N V*** *vulgo* 6 Pyreneo *vulgo*, pironeo ***β O V*** ‖ Daulida ***V*** *vulgo*, aulida (d *sscr* ***m***) ***β O*** 7 eius tecta *Raenerius* 10 sequitur ***N*** 11 in toto ***N*** ‖ uitam quoque ***N*** ‖ finiret ***V*** *vulgo*, finisset ***β O*** ‖ *post hanc fabulam inserit Muncker ultimam* (X) *huius libri signatque numero* ***V***

IIII (*deest numerus in* ***M***) Cyane (Cyanae ***M***) in fontem *post 293* ***β M*** 13 tiphonis ***β M*** ‖ mouens sane ***N*** ‖ ethnam ***M***, ætnan ***β*** 14 adis (i *sscr* ***m***) ***β M***, ad iis ***N V*** *vulgo* 15 proserpina ***N*** ‖ circa percum (*cf ad met V 386*) lacum hennae ***N***, circa //// la cum hennae ***β***, circa pcula cūhenne ***M***, circa Aetnam ***V*** *edd vett* 16 ac ***N*** ‖ *cf Schol in Stat Theb V 397* ‖ capta ***β M V***, rapta ***N*** *vulgo* 17 aciane ***β***, a // cione ***M*** 18 tardatus ***β O V***, retardatus *vulgo* 18*sq* relecto *scripsi*, rel(i *i r m 2*)cto ***M***, rel(i *ex* e)cto ***β***, relicto ***V*** *vulgo* ‖ discusit ***β*** ‖ ira moram intercedendum ut rumperet sceptro inter stagna discussit ***N*** 19*sq* cianen quae ***β***, cianenq: ***M***, cyanenque ***N*** *Muncker vulgo*, Cyanem quae ***V*** ‖ obstiterat ***β O V***, obsistentem *Muncker vulgo* 21 artheus æuidetur ***β***, artheusæ uidetur ***M***

Steles puer in lacertam *post 437* ***M*** 22 ri(da$^{tor^2}$ *add m 2)* ***M***

devenit petitque ab ea, ut sibi aquam ad colluendum ieiunium porrigeret. quae cum polentatam potionem ei dedisset et illa avidius biberet, puer quidam eiusdem casae nomine Steles procacius est prosecutus praedicans aviditatem eius in bibendo. cuius dea audacia pueri offensa in malis partem potionis in eum effudit fecitque, ut in stelionem converteretur, qui potionem sparsam polentatam tergo
fab 6 (8) ostenderet Cum Arethusa, nympha Siciliae fontis, qui humo pressus ab Elide fluit, indicavisset Cereri a Dite raptam Proserpinam et illa a Iove impetravisset, si fratris nuptiis contenta non esset, ea lege ab inferis duceret eam, si nihil gustasset, quam ob causam cum iudicium fieret, Ascalaphus, Orphnes et Acherontis filius, ad indicium primus descendit docuitque eam mali punici granum gustasse; quam ob rem in avem bubonem abominandi ominis conversus est. Iuppiter autem ex aequo fratri Cererique tribuit, ut partem anni Proserpina
fab 7 (9) apud virum, partem autem apud matrem ageret Sirenes, Acheloi et Melpomenes musae filiae, cum Proserpinam raptam requirerent neque eam ullo modo possent invenire, a deis novissime impetraverunt, ut versae in volucres non tantum in terra, sed etiam in mari requisitam consequi possent. novissime devenerunt ad petram Martis, quae inminebat proxima pelago. harum ita fatum fuit, quamdiu

---

1 deuenit *om* ***N*** ‖ coluendum ***M***, solvendum *Muncker* ‖ ad os colluendum porr. *Raenerius* 2 pol. ei potionem ***N*** 3*sq* uiueret(*corr*) ***M*** ‖ quid(a *ex* e)m ***M*** ‖ quidam puer ***N*** ‖ nomine ***O V***, *om vulgo* ‖ pros. est ***N*** 5 in malis] invenali *C Weyman, sed cf VIII fab 2 et passim.*

Ascalaphus in bubonem *post 461* ***M*** 9 impetrauisset ***M***, impetrasset ***N V vulgo*** ‖ conte/ta (c *eras videtur*) ***M*** 10 reduceret *edd vett* ‖ gustasset ***O V***, ibi gust. *vulgo* ‖ *post* gustasset *fort lacuna statuenda* 11 Orphnes et Acherontis *Muncker vulgo*, ospesacheront(i *ex* e)s ***M***, orpnhes (et *inseruit m 2*) acerontis ***N***, hospes Acherontis *V* 12 gustasse/(t *eras*) ***N*** 13 /ominis (h *eras*) ***M*** ‖ ominis hominis (*sic*) conu. ***N*** 14 proserpinam ***N*** 15 autem ***O V***, *om vulgo* ‖ ageret *om* ***N***

VII Syrenes in aues ex parte *post 550* ***M*** ‖ *exscr fabulam Myth Vat I 186 (p 56, 41 sq Bode), cf NJbb 131, 409 ORossbach* ‖ *eandem ex parte exscr Myth Vat II 101 (p 108, 26 sq B)* 15 Syrenes ***M*** ‖ acheoloy ***N*** 16 Calliopes *ed Colon* ‖ fili(ae *ex* i) et melp. musae ***N*** 17 et eam minime invenissent *Myth I et II* 17*sq* impetrauerunt ***M***, impetranissent *V*, impetrarunt *Myth I et II* ‖ et a diis nov. impetravissent *Micyllus* ‖ impetr.—consequi possent] *sic* ***O*** *et (falsa enim ap Bodium p 57, 1 leguntur) Myth I et II* 19 martis ***O*** *Myth I et II Muncker*, maris *V vulgo olim* ‖ nov. Siculi venerunt ad petram maris *Adv X 8 Barth* 20 proximo *Myth I*, proxime *Myth II* 20*sq* harum ita fatum fuit, quamdiu earum nox audita non esset mortalibus, manerent incolumes

earum vox audita non esset mortalibus, manerent incolumes. forte Ulixes monitu Circes praetervectus est. tum se praecipitaverunt *fab 8 (10)* Iuppiter divisit annum, ut Proserpina partim ad virum, partim ad matrem moraretur. ergo Ceres exigit ab Arethusa, ut sibi originem suam exponat. Arethusa, Achaidum nympharum formosissima, cum ab Alpheo amne diligeretur cuperetque persequentis impetum effugere, invocavit Dianam, cuius comes et aemula studii fuerat, laboranti ut ferret auxilium. obiecta itaque ea nube numine, ne in conspectum cupientis posset venire, tellure rupta in insulam Aetnaeam misit per obscurum iter et in fontem cognominis sui Ortygium versam ad superos evocavit, cuius liquori Alpheus amnis infunditur Tripto- *fab 9 (11)* lemus a Cerere fruges dividendas accepit per terras, currumque draconibus iunctum cum fecisset, novissime delatus est in Scythiam et a Lynco rege exceptus hospitio. cui cum exposuisset qualiter a dea esset honoratus, invidia honoris instinctus dormientem ut interficeret aggressus est. dea memor muneris sui, ut, quem dignum habuerat divini honoris, conservaret, antequam occideretur, hospitem in lyncem

---

(incolomes ***M***) ***O V***, harum itaque f. fuit, quamdiu earum vox audita (non *om*) esset mortalibus, man. incol. *Mythogr I*, his concessum quoque fuit, ut tamdiu man. incol., quamdiu earum vox (non *om*) audiretur *Myth II*, harum fatum fuit tamdiu vivere quamdiu earum cantum mortalis audiens nemo praetervectus esset *Hygin fab 125 (p 108 Schmidt, cf ib fab 141 p 22)* ‖ *Hyginum noster male intellexisse videtur, ut putaret 'quamdiu mortalis audiens nemo praetervectus esset' et 'quamdiu mortalis praetervehens nemo audisset' esse idem* **2** monitu Circes praetervectus est ***O V Myth I***, mon. Circes obturatis auribus praeterv. est *pessime (cf Hygin l c p 108, 13 et Myth II) Raenerius vulgo*

Arethusa in fontem *post 563 **M*** **3** partem—partem ***N*** **4** exigit$^{petit^2}$ ***M*** ‖ arethusa^{ab} ***N*** **5** ar. naydum nympharum fortissima ***N*** **6** amne persequeretur ***V*** ‖ impetus ***N*** **7** *sq* ut (*sed postea insertum*) labor. ***N*** ‖ obiecta itaque ***O***, obiectaque ***V*** *Micyllus* ‖ ea nube numine, ne *scripsi*, ea (nube *om*) numini ne ***M V***, ab ea numin(e *i r*) ne ***N***, ea nube, ne *Muncker vulgo* **8** ei nube *Ehwald* ‖ in conspectu (*fort recte*) ***O*** **9** ins. Aetnaeam (*cf met VIII 260*) *scripsi*, ins. ꝛne$^{et^2}$//(eā *eras videtur*) ***M***, ins. ethneam ***N***, ins. Aetnā ***V***, ins. Aetnae *vulgo*, i. Ortygiam *Micyllus*, i. Ortygiae *Muncker* ‖ admisit ***V*** **10** cogn. sui orti(y)gium ***M V***, c. s. ortigiam ***N***, cognominem sibi Arethusam *Micyllus* **11** liquore ***M V*** IX Lyncus (Lincus β) rex in lincam *post 641 β **M*** **11** *sq* Triptolem/us ***M***, Triptolem^{e}us β **13** insithiam β, in (s *a m 2*, c *i r m 2*)iti$^{h^2}$ā ***M***, in scitham ***N*** **14** linco β ***M***, linquo ***N*** ‖ excepitus β **15** ornatus ***N*** ‖ instinctus ille *Micyllus* **16** memor muneris sui β, memore(st *add m 2*) mu$^{nuntii^2}$neris sui ***M***, memor' mun. sui ***N*** ‖ habebat ***N*** **17** divino honore *Micyllus* ‖ lincam β ***O***, Lyncam ***V***

fab 10 (5) feram convertit Pieri, qui Macedoniam possedit, et Euippes novem filiae insolentius dum gloriantur, musas in certamina provocaverunt cantus. quarum una carmen exorsa est, quod Gigantes adversus deos contenderint, ex quibus Typhoeus terrigena deformitate terruisset deos conpulsos in Aegyptum. ibi Iuppiter ob metum in arietem versus est, Apollo in corvum, Liber in caprum, Diana in felem, Iuno in vaccam, Venus in piscem. invicem autem musae cum Cereris laudem cecinissent et qualiter Typhoeus Aetnae monti Siciliae subiectus esset, Pierides victae in picas sunt transfiguratae.

X (*numerum om* ***M***) Pierides in picas *post 661* ***β M***, *eodem loco* (*in fine libri sc*) *fabula exstat in* ***N***, *cf ad fab 3 extr* ‖ *verbo tenus exscripsit Mythogr Vat I 86* (*p 29, 30 Bode*) 1 Pyeri ***M*** ‖ Euippes *vulgo*, enippes ***β M***, nyppe ***N*** 2 filiabus *ex corr m 2* (filiae *fuit*) ***N*** ‖ certamine ***N*** 3 cantus ***N***, cantusque ***M*** *et* (*ex sil*) ***β*** *vulgo*, in c. cantus provocarunt *Raenerius* 4 tiphoeus ***M***, tipheus ***N*** ‖ terrig(e ex *i m 2*)na ***M*** 5 ob meritum ***N*** 6 c/uum (o *eras*) ***M*** 7 autem *s l* ***n*** 8 tiphoeus ***M***, tipheus ***N*** ‖ ethnę ***O*** ‖ monti *vulgo*, montis ***β O V*** ‖ si/////ciliae ***β*** Explic̄ (liber V *add* ***β***) incip̄ lib̄ sextus ***β M***, Explic̄ V̊ · Incip̄ V̊I *post titulos fabularum libri VI* ***N***

LIBER VI.

I Arachne in araneam.
II Niobe in lapidem.
III Agrestes Lycii in ranas.
IIII Marsyas in flumen.
V Pelopis umerus in eburneum.
VI Progne et Philomela in aves.
VII Tereus in volucrem epopem.
VIII Zetes et Calais ex parte in aves.

Arachne Lydia, Idmonis filia, cuius mater genita Hypaepis studio *fab 1* lanificii famam quaesierat, cum materna industria cunctas praecessisset in opere faciendo festis diebus insolentius gloriata quam mortalem decuit elocuta est. nam Minervam, a qua docta fuerat, in certamen provocavit. quae in anum versa in hoc ad eam venerat, ut eius audaciae impetum odio futurum conpesceret. quam cum vidisset in certamine permanentem, reversa in suam speciem opere proposito in certamen descendit; et singula, quae sequentur, inseruerunt telae, prius Minerva, dehinc Arachne. sunt enim quaedam necessaria posita inter versus, quae repraesentant opus utrarumque Minerva incipit.

---

2 aracne *β* ***M***, Aragne *V* 4 lici ***N***, lyci *β* ***M*** *V* 5 Marsias *β* ***M*** *V* 6 Pelopes ***N*** 7 Progne ***N*** *V*, Procne *β* ***M*** ‖ filomela ***N*** 9 Zetes *V*, Zethes ***N***, Zetnes *β*, Zevnev̀s (*sic*) ***M***

